GEBRI ARABIS

PHILOSOPHI AC ALCHIMISTAE ACUTISSIMI,

De Alchemia

Traditio summæ perfectionis in duos libros divisa.

Item:

Liber investigationis magisterij eiusdem.

Ab innumeris, quibus antè scatebat, mendis repurgata: pristinoq; ordini restituta.

SCIENTIA



IMMUTABILIS.

Impensis Lazari Zetzneri,
ↀ Iↄ XCIIX.

AMPLISSIMO AC PRVDENTISSIMO VIRO, VIRTVTE, DOCTRINA MERITISQVE CLARISSIMO Dom. MICHAELI THEVRERO, Inclytæ Argentinensis Reipub. Quindecimviro &c. Domino fautori ac patrono suo plurimùm colendo S. D.

NON est mihi dubiũ, vir amplissime ac prudentissime, quin de libelli huius editione, meis hoc tempore sumptibus adornatâ, multa multorum eaque diversa sint futura iudicia. Quippe non deerunt quib. absurdum nimis, imò stolidum ineptũq; videbitur, artem CHemicam verbis commendare alijs: ut quæ de summâ incer-

titudine peßimisq́ impoſturis à tot ſeculis fuerit ſuſpecta: & cuius finem, propter quem maximè omnis in eâ labor ſuſcipitur, nullus unquã quod ſcitur, aut certè rarißimi ſint aſſecuti. Erunt etiã qui in publica peccare commoda eos clamitabunt, qui artẽ hanc editis libris divulgare atque hac ratione excolere & propagare inſtituunt: Nam avaritiæ illã ſervire pleriq; credunt, & improborum hominum animos ſpecioſis illecebris ac ſpe divitiarum, quibus illi ſuam expleant libidinem, adeò ineſcare, ut cæci quaſi in exitium ruant: & non fortunarũ ſolùm ſuarũ, ſed etiam famæ ac valetudinis, non rarò etiam animæ

mæ

mæ iacturam faciant. Quis .n., inquiunt illi, inficiabitur, præter fumivendulos quosdam, qui ipsi egentissimi alijs mirè ad fraudē cōpositâ oratione totos auri montes & immensas divitias pollicētur, artificiosissimos quoq; venenorum coctores, monetarum adulteratores, nec non infinitam hominum perversissimorum ex huius artis officinâ prodire multitudinem? proinde non commēdanda alijs, multò minus libris editis divulganda est hæc ars ac propaganda: sed ex omnibus benè constitutis rebus publicis, atq; adeò omnium hominum consortio prorsus eijcienda & extirpanda. Quorum ego sanè iudicio a-

liquid tribuerẽ, lubensq́ tàm severæ subscriberem sententiæ, si ipsius artis, nõ hominum arte abutentium mihi narrarent vitia. Verùm enimverò si neglectis horum calumnijs consideremus, quanta bona huius artis beneficio ad omnes vitæ humanæ partes pervenerint, non possumus illam non magnifacere. Omissis enim illis, quos Medicinæ præstat usibus, dum rerum latentes indagare formas, corpora crassa, ut ita dicam, subtiliare, in ijs purum ab impuro separare, ijsq́ incorruptibilem formam induere, qua absque impedimẽto crassi & impuri corporis, vires suas exercere possint, docet. Annon aurichal-

cum

cum & metallorum mixtiones, glutimina, examina, ſeparationes huic arti debemus? An non ex hac arte utiliſsimũ vitri conficiendi artificium, unà cum alijs infinitis artibus, quibus hominum vita hoc tempore non carere commodè poteſt, prodijt. Ad hæc ferè affirmare auſim artem hanc neminem oſorem habere, q̃ ignaros, malè feriatos, & qui nihil, niſi quod ipſi faciant, probare ſolent: quiq; caninâ quadam invidiâ alios à pabulo, quo ipſis frui nõ licet, arcere ſtudẽt. Quod ſanè ipſum artem hanc quodam mõdo commendatiorem reddere debet. Nam quæ de abuſu, impoſtura, & malis artificibus dicũ-

tur: non ea sunt, propter quæ res alioqui bona damnari poßit aut debeat. Quæ.n.res, si ea abutaris, in hominis exitium vergi nõ queat? adeò, ut quò melior sit, eò exitiabiliores abusus habeat.

Quæ omnia, meo quidem iudicio, hactenus multos doctos & egregios viros impulerũt, ut hãc artem summo studio excolerent: multis egregijs scriptis atq; libris editis perpetuæ consecrarent posteritatis memoriæ. Inter quos certè GEBER hic ARABS, quisquis is tandem fuerit, vel principẽ obtinere locum meritò potest. Cuius Auctoris opusculũ hoc de ALCHIMIÆ TRADITIONE SVMMÆ PERFECTIO-

CTIONIS, ut inſcribitur, IN DVOS LIBROS DIVISA, cùm mihi nuper à docto quodã viro offerretur ac ſummè commendaretur, id non invidorum quorundam more ſupprimere, ſed pro candore meo & Rempub. literariam iuvandi ſtudio cum Philoſophiæ & naturalium myſteriorum indagatoribus communicare placuit. Et quoniam huic rerum naturalium nobiliſſimæ contemplationi Te quoque, vir ampliſſime ac prudentiſſ. inprimis favere, & interdum ubi à tractãdis Reip. negotijs (quod rariſſimè fit) aliquantulum otij nactus es, animi reficiendi gratià temporis aliquid largiri co-

gnovi: hunc laborem alienum quidem, ſed tamen impenſis meis aliquo modo iam meum factum peculiariter TIBI inſcribere ac dedicare volui: ut non ſolùm patronum haberem adverſus eos, qui meum in divulgando iſthoc opuſculo inſtitutũ inhumanius poſſent accipere: ſed etiam ut pro ſingulari Tua erga me iam ſæpè declarata benevolentia & favore, vel levem ſaltem aliquam grati animi ſignificationem hac ratione præberem. Hoc igitur tenue quidem, ſed ab officioſo animo profectum munuſculum, ut eâ, qua me hactenus complexus es, benevolentiâ accipias: & verò poſthac ſolitum tuũ in omnes

bonos

bonos favorem erga me quoque conserves, etiam atque etiam vehementer oro. Vale vir amplissime ac prudentissime. Argentinæ XXIX. Augusti, Anno salutis reparatæ cIↄ Iↄ XCIIX.

T. Amplit.
deditissimus
Lazarus Zetzner Bibliopola
& civis Argentinensis.

INDEX

Ratio-

De

CAPITVM LIBRI SECVNDI INDEX.

EVI-

EVIDENS ET MANIFESTA ARTIS CHEMICAE COMPROBATIO.

Ex Petri Apiani Antiquitatibus desumpta.

PAtavij ante aliquot annos mirabile Alchymicæ artis argumentum inventum est.

Vrna fictilis erat, his notata versibus.

Plutoni sacrum munus ne attingite fures:
Ignotum est vobis hac quod in urna latet.
Namq́; elementa gravi clausit digesta labore,
Vase sub hoc modico Maximus Olibus.
Adsit fecundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra hanc urnam reperta est minor alia, quâ apertâ, duæ ampullæ inventæ sunt affabrè elaboratæ; altera ex argento, altera ex auro, purissimo quodam liquore plenæ, quo lucerna adhuc ardens permulta secula conservata putatur.

Vrnulæ insculpti erant hi versus:

Abite hinc pessimi fures,
Vos quid voltis vestris cum oculis emissitijs?
Abite hinc vestro cum Mercurio petasato caduceoq́;
Maximus maximo donum Plutoni hoc sacrum facit.

GEBRI ARABIS DE ALCHEMIA SVMMAE PERFECTIONIS TRADITIO.

In Dvos Libros Divisa.

LIBER PRIMVS QVI CONTINET QVATVOR PARTES.

Prœmium

CAPVT I.

TOTAM nostram metallorum transmutandorum sciētiam, quam ex libris antiquorum philosophorum abbreuiauimus, compilatione diuersa, in nostris voluminibus, hic in vnam summam redegimus. Et quæ in alijs libris à nobis scriptis diminuta existunt, in hac summæ perfectionis

traditione, compensauimus, ipsorumque defectum breui oratione suppleuimus, similiter & quod occultatum fuit à nobis in parte vna: alibi manifestauimus illud in eadem parte hoc nostro volumine: Vt sic prudentibus cōplementum tam excellentis nobilisque partis philosophiæ patefiat. Scias igitur fili Charissime in hoc volumine, huius artis operationem, in capitulis generalibus vniuersaliter sine diminutione aliqua, sufficienter contineri. Per Deum, qui secundùm hunc librum operatus fuerit, verum finem huius artis se inuenisse lætabitur. Sed scito charissime, quod qui principia naturalia in philosophia ignorat, multum remotus est ab hac arte nostra, cum non habeat radicem veram, super quam intentionem suam fundet. Ille verò qui principia cognouerit naturalia & causas mineralium, propinquus est: Non tamen adhuc adeptus est veram radicem seu finem proficuū huius artis occultissimæ, licet habeat

faci-

faciliorem aditum ad artis huius principia, quàm is cui cadit ignorantia super mentē de modo ac progressu huius nostri operis, & scito quod hic parum remouetur ab artis introitu. Qui verò sciuerit omnia principia naturæ & causas mineralium, & modū generationis eorundem, qui ex intentione naturæ consistit paruum quiddam ab isto, de operis complemēto aufertur, sine quo non potest perfici sciētia nostra, quòd ars in omnibus sequi nō valeat naturam operationibus; sed imitatur eam in quantum potest. Charissime igitur fili secretum illud tibi pandimus, quod in hoc inquirentes hanc artem errant, quia naturam in omnibus differentis proprietatum actionis imitari desiderant. Labora itaque studere in nostris voluminibus, præcipuè in hoc libro; & dicta nostra sæpissimè in corde tuo reuolue: Vt intentionem ex nostræ loquelæ modo veram elicias: in iis enim inuenies super quæ intentionē tuam fundare possis, & scies

ex eis errores à te repellere; & in quibus imitari naturam possis in artificio nostri famosi ac ingeniosi operis.

Diuisio Libri.

Capvt II.

PRimo igitur breuiter ponem⁹ impedimenta omnia, quibus in hoc opere artifex impeditur, ne verum finem adipiscatur. Et tandē dicemus ea, quæ artificem huius operis in se habere expedit & oportet. Secundò disputabimus contra ignorātes & sophistas, qui propter suam ignorantiā ac impotentiam huius artis magisterium, proficuumq; inquirēdo, artem interimūt, & eam nō esse affirmant. Ponemus ergo in primis omnes rationes & persuasiones eorum, & postea illas euidentissimè destruemus, ita quòd prudētibus satis pateat illorum sophistarum argumentationes in nulla parte veritatem continere. Tertiò disputabimus super principia naturalia quæ sunt de intentione naturæ, & ibidem super modo commix-

commixtionis eorundē consequetur, & super eorum effectu secūdum antiquorum philosophorum sententias. Quartò narrabimꝰ principia quæ sunt de intētione huius nostri magisterii, in quibus imitari naturam possumus, & modum commiscendi & alterandi secūdùm cursum naturalem cum causis suis & experiētiis manifestis, ut ex his artificis industria dilatetùr ad reducendum ea ad huius operis ingeniosi intentionem.

PRIMA PARS LIBRI PRIMI.

De impedimentis huius artis.

Diuisio impedimentorum.

CAPVT. III.

SVnt ergo impedimenta huic operi superueniētia duo generalia, naturalis scilicet impotentia, & impensæ necessariæ defectus, vel etiam occupationes laborum extraneorū. Naturalem tamen impotentiam multiplicem fore dicimus. Ex parte scilicet organi artificis, & ex parte animæ ipsius. Ex parte autem organi artificis

multipliciter, aut enim quia organum artificis ſit debile, aut ex toto corruptum. Ex parte vero animæ ſimiliter multipliciter: vel quia ipſa anima ſit peruerſa in organis ipſius, vel in corruptione ſicut anima inſani vel fatui, vel quia eſt phantaſtica, contrariarum facilè formarum ſuſceptiua indebitè, & iam de vno ſcibili ad illius oppoſitū extenſiua ſubito, & de vno velle, ad eius oppoſitum ſimiliter.

De impedimentis operis ex parte corporis artificis.

CAPVT IV.

IAm tibi generaliter determinauimus huius operis impedimenta. Nunc verò ſpecialiori te fili oratione alloquemur in hoc capitulo & magis apertè, & narrabimus tibi omnia illa impedimenta pleniſſimè ac ſeriatim. Dicimus igitur, quia ſi ipſe artifex non habuerit ſua completa organa & ſana, non poterit ad huius operis complementum per ſe ipſum deuenire, puta ſi cæ-

ſi cæcus fuerit,vel in extremis detruncatus membris,quod non iuuabitur à membris,quibus neceſſariò ars noſtra perficitur,tanquam naturæ miniſtrantibus. Si verò fuerit artificis corpus debile ſeu ægrotum, puta febricitantium vel leproſorum, cui membra cadunt, vel iam ætatis decrepitæ, ad huius artis complementum per ſe nunquam perueniet.

De impedimentis ex parte animæ artificis.

CAPVT V.

PRæmiſimus capitulũ vnum, in quo narrauimus ratione abſoluta & manifeſta, impedimenta huius operis ex parte corporis artificis dependentia. Reſtat nunc videre breuiter impedimenta quæ ſunt ex parte animæ artificis, quæ maxima ſunt impedimenta complementi huius operis. Dicimus igitur, quod ſi ipſe artifex non habuerit ingenium naturale, & animam perſcrutantem ſubtiliter principia naturalia & naturæ fundamẽta & artificia,

quæ consequi possint naturam in suæ actionis proprietatibus, nunquam inueniet huius artis preciosissime veram radicem. Sunt enim multi qui habent ceruicē omni perspectione ingeniosa vacuam: qui etiam vix sensum & rationem communē intelligere queunt, & opera similiter vulgo communia cum difficultate addiscūt. Ab his etiā multi sunt qui animam habent facillimè phantasiam quamlibet opinantem, secundùm quod credunt iam se verū inuenisse, phantasticum est, totum etiam rationi deuium, errore plenū, & à principijs naturalibus remotum, quoniam eorū cerebrum multis repletum phātasijs & fumositatibus nō potest recipere veram rerum naturaliū intentionem. Sunt etiam præter istos nōnulli, qui mobilem habent animum, scilicet de opinione in opinionem & de volūtate in voluntatem, & modò credunt hoc, & idem volunt sine rationis vllius fundamento, post illud verò parum, & aliud credunt, & aliud volunt, qui tam mobi-

mobilis sunt animi, vt vix minimum eius ad quod intendunt valeant consumare, sed diminutũ potius relinquũt. Sunt & alii, qui nullam ex rebus naturalibus possunt intelligere veritatem, velut incantati, vesani & pueri. Sũt autem alii, qui simpliciter contemnunt hanc scientiam, nec eam esse putant, quos & similiter hęc scientia contemnit, & ipsos ab ipsius epulis & fine p̃ciosissimo procul repellit. Sũt deniq; & alii q̃ sunt serui pecuniæ & auaritiæ, desiderantes hanc artem inuenire, & licet ipsam affirment, impensas tamen interponere timent, quare huiusmodi non consequuntur finem ipsius, propter pecuniæ auaritiam. Ad hos igitur omnes non peruenit scientia nostra. Qualiter enim qui eam ignorauerit, & ipsam inuestigare neglexerit ad ipsam perueniet?

De impedimentis externis opus impedientibus.

CAPVT. VI.

REduximus ad duo capitula, impe-

diméta huius magisterii omnia, ipsius finem retardantia, quæ sunt ex principiis radicalibus secūdum naturam artificis. Expedit ergò tantum nunc narrare impedimenta extrinsecè superuenientia, à contingentibus, quibus impeditur hoc opus gloriosum. Videmus enim quosdā ingeniosos & āstutos, non ignorantes opera naturæ, & eā in hoc opere, in quibus fuerat possibile, sequētes principiis, & in omnibus eius operibus, quibus est inuestigatio & phantasia, in omnibus rebus, quæ naturæ regulantur actionibus, infra lunarem circulum, hi tamen vltima paupertate depressi, & impensę omnis indigentia hoc tam excellentissimum magisterium coguntur postponere. Sunt & alii curiosi, huius mundi vanitatibus curis & spectaculis detenti à quibus hęc nostra scientia refugit. Iam ergo patet ex prædictis, quæ sunt in hac arte retrahentia impedimenta, ne quis finem eius adipiscatur.

Epilo-

Epilogus qualem oporteat esse artificem.

CAPVT VII.

COncludimus igitur ex prædictis, quod artificē huius artis in scientiis philosophiæ naturalis optimè eruditum esse,& ingeniū naturaliter profundum habere, cū magno desiderio feruēte in hoc artificio. Quia id quod per ingenium naturale nō acquiritur, huic per artem & doctrinam subuenitur. Oportet igitur altissima perscrutatione artificem adiuuari. Per doctrinam enim quantamcunque scientiam acquisiuerit, nisi ab industria iuuetur naturali, ad nostras epulas tam precioſſimas non inuitabitur. In pūcto enim errorem suum emendare poterit per suam industriam, cui remedium ignoraret adhibere, si sola doctrina fundatus foret, quoniam ars ab ingenio, & ingenium ab arte iuuatur. Insuper necesse est ipsum artificē esse constantis volūtatis in operatione, ne modò hoc, modò illud attentare præsumat, quia in rerū multitudine ars no-

ſtra non perficitur. *Eſt enim lapis vnus: medicina vna: decoctio vna: in quo totum magiſterium conſiſtit, cui non addimus rem extraneam neque aliquid diminuimus, niſi quod in præparatione eius, ſuperflua remouemus.* Oportet enim artificem ſedulò operi uſq; ad conſumationem inſiſtere, ne opus iam inceptũ detruncatum dimittat, quia neq; ſciẽtiam neq; profectum ex opere detrũcato & diminuto acquireret, ſed damnum potius & deſperationẽ. Expedit etiã ipſum huius artis principia & radices principales, q̃ ſunt de eſſe operis, nõ ignorare, quòd qui principium ignorat finem non inueniet. Nos autẽ narrabimus tibi, fili chariſſime, in hoc libro omnia illa principia ſermone cõpleto, nec non & prudentibus ſufficiẽter aperto & manifeſto, ſecundũ omnẽ artis exigentiam competẽtem. Expedit etiam ipſum artificem manſuetum & temperatũ ad iram eſſe, ne fortè ſubitò propter iræ impetũ iam inceptũ opus diſſipet & deſtruat. Similiter expedit

pedit vt pecuniam ſuam cuſtodiat, ne præſumptuoſis eam vanè dilapidet & diſtribuat, ne ſi fortè artem non invenerit, relinquatur in miſeria paupertate & deſperatione; vel ne fortè cum iam ad finem per ſuã induſtriam & indagationem appropinquarit, cõſumptæ ſint ipſius expenſæ, & verum finẽ miſer ex paupertate relinquat. Sicut quæ à principio cum adhuc artem ignorãt, prodigaliter ſuum theſaurum totũ exterminãt, & cum iam affines arti & veritati fuerint, non habent ultra ex quo laborẽt. Vnde duplici tales in mœrore ſepeliuntur; quia ſcilicet pecuniam ſuam inutiliter expenderũt & diſſipauerũt; & ſcientiam hanc nobiliſſimam amiſerũt. Non enim oportet bona tua cõſumere, quod fili (ſi huius artis principia nõ ignoraueris; & dicta noſtra rectè intellexeris) ad artis verum cõplementum, ſine notabilibus expẽſis poteris peruenire. Si ergo pecuniam tuã perdideris, non attendendo præcepta noſtra ſeu doctrinas quas tibi in hoc li

bro conſcripſimus, nos vtiq; non vilipēdas iniquè, ſed tuę imputa ignorantię & infelicitati. Nō enim hęc ſcientia conuenit pauperi vel indigēti: ſed potius eſt ei inimica. Nec adinuenire nitaris operis ſophiſticā metam, ſed ſoli complemento intendas: Veruntamē ars noſtra in potentia Dei reſeruatur, quam cui vult largitur & ſubtrahit, qui eſt glorioſus & ſublimis & omni iuſtitia & bonitate repletus, fortè enim ex vindicta ſophiſtici operis artē tibi denegaret, inq; deuium erroris & ex errore in infelicitatem & miſeriam perpetuam detruderet. Miſerrimus & infelix eſt, cui Deus ſemper poſt operis ſui atq; laboris finem veritatem conſpicere denegat: nam vitę ſuæ ſpacium in errore concludit & terminat, qui in labore conſtitutus perpetuo, omniq; infortunio & infelicitate obſeſſus, omnem huius ſeculi conſolationem & gaudium amittit, vitamq; ſuā in mœrore abſq; commodo conſumit. Studeas autē fili cum in operatione fueris,

tis, omnia ſigna quæ in qualibet operatione vel decoctione apparent, in mente tua recondere & ſigillare, illorumque cauſas ſedula lectione in noſtris voluminibus inueſtigare.

SECVNDA HVIVS LIBRI pars, in qua ponuntur rationes artem hanc negantium deinde confutantur.

Diuiſio dicendorum.

CAPVT VIII.

QVONIAM in ſumma vna huius libelli noſtri iam præmiſimus tibi omnia impedimenta artis, & doctrinam tradidimus ad huius artis adhærentiam ſufficienter: Expedit ergò ſecundùm noſtri propoſiti intẽtionem contra ſophiſtas & ignorantes diſputare. Primò ipſorum rationes & motiua diſponendo, ſecundùm quòd promiſimus in principio huius libri nos determinaturos fore. Dehinc verò eas omnes interimendo, & manifeſta oſtenſione nil veritatis continere

ſapientibus probabimus.

Rationes quibus mouentur hanc artem ſimpliciter negantes.

CAPVT IX.

SVnt autem qui negant artem & deſtruunt. Alii ſimpliciter, alii ex datis & ſupponentibus illã reprobant. Qui verò ſimpliciter artem illam negãt: taliter opiniones ſuas corroborant, dicentes: Quod enim diſtinctæ ſunt rerũ ſpecies & diuerſæ, & ſimiliter diſtinctę elemẽtorum ad inuicem in commixtione proportiones ab ingenio humano ignotæ: Igitur cõmiſcibilium proportiones, quib. acquiritur forma rei & perfectio, ignoramus. Eſt enim aſinus diuerſus ab homine in ſpecie, quia multò diuerſam habuit elementorum in ſui cõpoſitione proportionem, ſic & in cæteris rerum diuerſitatibus eſt inducere: ergo & in mineralibus. Ignota itaque miſcibilium proportione qua acquiritur forma & rei perfectio; quomodo & mixtum formare

mare ſciemus, ſed quia ignoramus Solis, Lunæ vel elemẽtorum proportionem, igitur & formare ipſa ignorare debemus. Ex his igitur concludũt: Inutilis eſt ars iſta & impoſſibilis. Similiter etiam aliter arguunt, magiſterium noſtrum interimentes: Dicunt enim, etſi proportiones elementorum ad inuicem bene ſcires, modum tamẽ commixtionis naturalem illorum ad inuicem ignoras, quòd in cauernis & mineris & abſconditis locis, hæc natura procreat; Ergo cum modũ mixtionis eorum ignoras, & hoc facere similiter ignoras. Similiter iterum arguũt. Etiamſi proportiones & cõmixtiones bene ſcires: calorem tamen, in commixtionis actione, quo mediante res perficitur, penitus ignorares. Certam enim habet natura caloris quantitatẽ qua metalla in eſſe deducit, cuius mẽſuram ignoras, ſimiliter & alias naturæ cauſarum differentias agentiũ neſcis, ſine quibus non poſſet natura intentionem ſuam cõplere. His ergo omni-

bus ignoratis totus agẽdi modus huius magisterii ignorabitur. Amplius & alii arguunt, quod per experientiam videmus, nam plusquam mille annis hæc scientia ad prudentum aures peruenit, quę si possibilis esset & vera millesies iam foret inuenta. Similiter etiam cum philosophi nõ sint in suis voluminibus ausi eam tradere, nec in eis veritatem reperiamus manifestam; satis per hoc est probabile, hanc scientiã non esse. Similiter & multi huius mũdi principes thesaurum infinitum & philosophorum copiã habentes hanc artem adinuenire desiderant: non tamen ad hunc præciosissimæ artis fructum pertingere potuerunt, hoc vtiq; sufficiens argumentum est, quod ars hæc sit friuola & merum commentũ. Similiter etiam in debilibus mixtionibus specierum sequi naturam non valemus: Asinum enim fingere ignoramus, & cætera similia, quarum mixtiones sunt debiles & manifestæ quasi sensibus, quare & multò magis metallorum,

lorũ mixtionem quę est fortissima figere ignorabimus, quæ est etiam nostris sensib. & experientiis occultata penitꝰ cuius signũ est difficultas resolutionis elemẽtorũ ex ipsis. Similiter etiã non videmus bouẽ in caprã transformari, nec aliquam speciem in aliam per aliquod artificium reduci, quomodo igitur cum metalla differant specie, niteris ad inuicem secundum speciẽ transformare, vt de tali specie talem speciẽ facias. Absurdũ satis hoc nobis videtur, & à veritate dato ex principiis naturalibus semotum. Similiter etiam in millibus annorũ natura metalla perficit; quomodo & tu in artificio transmutationis per annorum millia durare poteris, cum vix annorum centum metam pertingere valeas. Si tamen ad hoc, utique taliter responderes, quòd nõ potest natura perficere in maximo temporis spacio, in breui per artificiũ nostrum implemus, quoniã artificium in multis naturæ defectum complet. Dicimus tamen quia & hoc impossi-

bile est, & in metallis specialiter, cum sint substantiæ subtilissimæ, quia temperata decoctione indigent, vt in seipsis secundum æqualitatem inspissetur humiditas propria, & nō fugiat ab eis, & relinquat ipsa omni humiditate priuata, quia concussionem & extensionem suscipiunt. Si igitur per artificium tuum volueris tēpus decoctionis naturæ in mineralibus & metallicis corporibus abbreuiare, oportebit per excessum caloris hoc facere, qui non adæquabit, sed potius humiditatem dissoluēdo ex eorum corporibus dissipabit & destruet. Solus enim tēperatus calor humiditatis est spissatiuus, & mixtionis perfectiuus, nō ignis excedens. Similiter etiam esse & perfectio datur à stellis tanquam primis perficientibus & mouentibus materiam corruptionis & generationis, ad nō esse, & esse specierum. Hoc autem fit subitò, & in instanti, cum peruenit vna stella aut plures, ex motibus, ad situm determinatum in firmamento, à

quo

quo datur perfectionis esse, quia vnaquæque res ex certo situ stellarum acquirit sibi esse in momento; & non est solummodo vnus situs, imo plures, & sibi inuicem diuersi, quemadmodum ipsorum effectus sunt diuersi. Et horũ diuersitatem & distinctionem ab inuicem prouocare non possumus, cum nobis sint incogniti & infiniti. Quomodo ergo supplebis defectum in opere tuo ex ignorantia diuersitatum situum stellarum ex motu earum, & tamen si situm vnius aut plurium stellarum certũ quo datur in metallis profectio scires, non tamen opus ad intẽtionem tuam perficeres. Non est enim alicuius operis prę paratio ad suscipiẽdum formam per artificium in instanti, sed successiua, ergo operi non dabitur forma cum non sit in instãti. Similiter etiam in rebus naturalibus iste est ordo, quoniam facilius est causam destruere quam construere, sed vix aurũ possumus destruere, quomodo igitur & construere præsumimus? Pręter has

igitur rationes sophisticas, & alias his minùs apparentes credunt hanc artē diuinam interimere. Prædictæ omnes sunt persuasiones & argumentationes sophistarū artē nostrā simpliciter negantiū. Rationes verò eorū qui ex suppositione artem negant, ponam cū destructionibus suis in sequentibus. Dehinc verò, ad harū interēptiones nunc positarū transeundū à nobis erit, priùs ponentibus, super his veram intentionem ad huius operis complementum.

Occupatio fieri nec posse nec debere vt ars naturam in omnibus proprietatum differentijs imitetur.

CAPVT X.

DIcimus autē quòd hæc principia, super quæ natura ipsa suā fundat intentionem, sunt compositionis fortissimæ, & sunt sulphur & argentum viuum, vt dicunt quidā philosophi. Quia igitur sunt fortissimæ & durissimæ cōpositionis, difficillimæ sunt resolutionis, quia inspissatio eorum ad inuicē & induratio taliter, quòd fiat in eis concussio & extensio per mallei cōpulsio-

nem

nem absque confractione,non est nisi quod humidũ viscosum,in ipsorum ad inuicem cõmixtione saluatur per successiuam & diuturnam inspissationem & temperatissimã in minera decoctionem. Sed regulã tibi tradimus generalem, quoniam non fit inspissatio alicuius humidi, nisi priùs fiat ex eodem partiũ subtilissimarũ exhalatio, & partium magis grossarum conseruatio:Ita quod sit humidũ in mixtione superãs siccũ,& quia vera cõmixtio sicci & humidi est,vt humidũ contẽperetur à sicco,& siccũ ab humido,& fiat ex eis substãtia vna in suis partib.omnino homogenea mera & tẽperata,habens mediũ inter durũ & molle,& extensiua in cõtusione. Hoc aũt nõ fit nisi per diuturnã commixtionem humidi viscosi, & subtilissimæ terræ ad inuicem per minima quousq; humidũ idem cũ sicco, & siccum idem cum humido fiat. Sed huius substãtiæ subtilis non fit resolutio subita, imò valde paulatiua, & in multis millibus annorũ. Et hoc ideo

quod vniformis eſt illorũ principiorum ſubſtantia, ſi ergo ſubitò fieret talis reſolutio, fieret vtique ab eis, cum non differat humidum à ſicco, propter fortem eorum mixtionẽ reſolueretur vtique humidum cum ſicco, quare totum in fumũ evaneſceret, nec ſeparari poſſet humidũ à ſicco in reſolutione, propter fortem vnionem quam habẽt ad inuicem. Huius vtiq; videmus manifeſtam experientiam in ſpirituum ſublimatione, quòd cum in eis per ſublimationem fiat ſubita reſolutio, non ſeparatur humidum à ſicco nec ſiccũ ab humido, ita quod diuidãtur in partes totalis cõmixtionis eorum, ſed tota conſcendit eorum ſubſtãtia aut parum de eorum componentibus diſſoluitur. Reſolutio ergo huiuſmodi ſubtilis fumoſi diuturna & ęqualis, eſt cauſa inſpiſſationis metallorum. Hãc autẽ inſpiſſationem, facere nõ poſſumus per hunc modum naturæ: Ergo in hoc ſequi naturam nõ valemus. Non enim poſſumus naturã in omnibus proprie-

tatum

tatum differentiis imitari, vt ſupra in procœmio huius libri explanauimus. Noſtra igitur intentio non eſt in iſtis principijs omnino naturam ſequi, nec in proportione commiſcibilium elementorum, nec in modo mixtionis ad inuicem ipſorum, nec in adminiſtratione huius calòris naturæ metalla inſpiſſantis ſicut natura operatur. Cum hæc omnia ſint nobis impoſſibilia & penitus ignota. Reſtat ergo rationes ſophiſtarum interimere, hanc excellẽtiſſimam artem negantium.

Confutatio rationum artem ſimpliciter negantium.

CAPVT XI.

SI dixerint ergo nos proportionem elementorum, & modum mixtionis eorum ad inuicem, etiam ęquationem caloris metalla inſpiſſantis, cauſasque alias multas, & accidentia naturæ actionem ſequentia, ignorare. Concedimus eis vtique, ſed propter hoc ſcientiam noſtram diuinam non

interimunt, quod nec ſcire volumus hæc, nec poſſumus. Sed aliud ad hoc nobis principium aſſumimus, aliumq; generationis metallorum modum, in quibus ſequi naturã poſſumus. Si verò dixerint, etiã philoſophos & principes huius mundi hãc deſideraſſe ſcientiã, & ipſam non inueniſſe: breuiter reſpõdemus, eos mentiri, quoniam & quoſdã principes (licet paucos) & maxime antiquos, & ſapientes, in noſtro tẽpore repertos, iam ex ſua induſtria, hanc conſtat indagaſſe ſcientiam, ſed talibus nec ore nec ſcriptis eã tradere voluerunt, cum indigni ſint. Ergo quia non viderunt aliquos hanc ſcientiam poſſidere, cecidit ſuper mentes illorũ error, vt æſtiment, nullos hãc inveniſſe ſcientiã. Adhoc etiã ſi arguant phantaſticè aſſerentes, impotentiã noſtram non poſſe ſaltem in debilib. mixtionibus naturam imitari: ſicut in mixtione aſini vel bouis: Ergo ſimiliter nec in fortibus, reſpõdemus quod in arguẽdi modo nõ cadat neceſſitas, qua coar

temur

temur artẽ noſtram non eſſe cõcedere, quia tales à ſimili, vel à maiori ad minus ſuã corroborant phantaſiam & errorẽ, in quibus non continetur neceſſitas, ſed contingẽtia vt in pluribus. Oſtendimus quoq; per aliã viam demõſtrando, illos nullam aſſignare apparẽtem ſimilitudinẽ inter debilẽ mixtionis compoſitionem animaliũ & mineralium firmam & fortem. Et hoc ideo, quoniã in animalib. & aliis viventibus, in quibus cõpoſitio eſt debilis, non eſt perficiens ſolum proportio, nec miſcibilia proportionis, nec qualitas miſcibiliũ, nec commixtio quæ ſequitur ex illarũ actione ad inuicem & paſſione, quæ eſt ex aggregatione illarũ primarum qualitatum: Sed eſt anima, ſecundum opinionẽ plurium, quæ eſt ex occultis naturæ, ſicut ab eſſentia quinta, vel à primò motore: Et hoc etiã ſecũdum ſentẽtiam pluriũ dicimus, & hui⁹ occultũ ignoram⁹. Ideò hæc talia, licet in eis ſit debilis mixtio, perficere neſcimus, quia perfectiuũ, quod eſt ani-

ma,infundere ignoramus.Per hoc vti-
que patet, quoniam non est defectus
ex parte mixtionis, quod nō perficia-
mus bouem vel caprā : sed ex defectu
infusionis animæ.Quoniam sic debilē
& magis debilem, sic fortem & magis
fortem compositionem facere,secun-
dùm viam & cursum naturalem imi-
tantes artificium nostrum sciremus.
In metallis igitur perfectio minor est
quàm in eis, & versatur illorum perfe-
ctio magis circa proportionem & cō-
positionem,quàm circa aliud. Ideo cū
in eis minor sit perfectio quàm in aliis
quæ narrauimus,liberiùs hæc perfice-
re possumus, illa vero non. Diuersifi-
cat ergo Deus altissimus & gloriosus
perfectiones ad inuicem multiformi-
ter. Nam in quibus compositio, quæ
est secundum naturam,fuit debilis : In
illis maiorem & nobiliorē perfectio-
nem posuit, quæ est secundùm animā:
Sed quædam fortioris condidit com-
positionis & firmioris, sicut lapides &
mineralia: verùm in eis posuit minorē
perfe-

perfectionem & ignobiliorem, & quæ est ex mixtionis modo. Patet itaque, quòd nõ est bona illorum similitudo, quoniam non ignoramus, bouem vel capram formare ratione compositionis, sed formæ perfectiuæ, quoniã perfectio in boue vel in capra nobilior & magis occultata est, quàm quæ in metallo consistit. Si autem aliter arguant, quoniam non mutatur species in speciem. Dicimus eos mentiri iterum, sicut consueuerunt sæpius, quòd & species mutatur in speciem, secundùm hunc modum: quod indiuiduũ vnius, in alterius speciẽ manifestè mutatur. Videmus namq; vermem naturaliter & per artificium in muscam mutari, & vitulum strangulatum in apes, & frumentum in lolium, & canem strangulatum in vermem per ebullitionis putrefactionem. Sed hoc nos non facimus, facit autem natura, cui administramus. Sic etiam metalla non transmutamus, sed natura cui per nostrum artificiũ ingeniosum administramus,

materiam præparamus & viam dispo-
nimus, quoniam ipsa per se semper o-
peratur, nos verò administratores eius
sumus. Et si per aliam rationem taliter
arguunt, & suam corroborant sophi-
sticè opinionem, quòd in millibus an-
norum natura metalla perficit, tu in
millibus perdurare non potes. Dici-
mus quoniam natura super principia
sua secũdum opinionem antiquorum
philosophorum agens perficit in mil-
libus annorum, sed quia principia illa
sequi non valemus, ideoque si in mil-
libus annorum siue in pluribus siue in
paucioribus, vel momento hæc natu-
ra perficiat non tenet illorum persua-
sio. Quod autem in principiis imitari
naturam non possumus, iam ex præce-
denti negatiuo sermone abbreuiato
determinauimus, & completiori ser-
mone in subsequentibus demonstra-
bimus. Secundum tamen opinionem
aliquorum euidentium & perspica-
tium, intentionem suam subitò natu-
ra perficit, scilicet vna die vel breuio-
ri tem-

ri tempore. Et si hoc verum sit, non tamen valemus in principijs naturam imitari, quod manifestius ostensione sufficiente probauimus, residuum tamen huius quæstionis confitemur, quoniam totum verum esse concedimus. Et si dicant quod à certo situ vnius vel plurium stellarum, datur metallorum perfectio & esse vel non esse quem ignoramus. Respondemus nos, hunc situm & motum nos non curare, nec etiam vt illum sciamus necessariò requiri: Quoniam non est species aliqua generabilium & corruptibiliũ, quin ex indiuiduis eius quotidie & in omni instanti fiat generatio & corruptio. Et ideo patet quod omni die situs talis stellarum est bonus & perfectiuus quarumlibet specierum indiuiduorũ & corruptiuus simpliciter. Non ergo expedit necessariò artificē stellarum situm expectare, licèt esset vtile, quod sufficit solũ viã naturæ disponere, & administrare vt & ipsa, quæ sagax est, disponat sitibus conuenientibus,

mobilium corporum. Nihil enim potest natura perficere ſine motu & ſitu mobilium. Vnde ſi naturæ artificium diſpoſueris, & conſideraueris, quæcũque ex contingentibus huius magiſterii fuerint debitè, perficietur ſub debito ſitu per naturam ſibi conuenientem, abſque conſideratione illius. Cũ enim videmus vermem ex cane vel alio animali putreſcibili deductum in eſſe, non conſideramus immediatè ſitum ſtellarum, ſed diſpoſitionem aëris circumſtantis, & alias cauſas putrefactionis perfectiuas, præter illum. Et ex tali cõſideratione ſufficientes ſcimus vermes ſecundũ naturam in eſſe producere. Natura enim ſibi inuenit conuenientem ſitum, licet à nobis ignoretur. Et ſi dicant perfectionem in inſtanti dari, & præparationem noſtram non in inſtanti fieri, & concludunt ex hoc, non perficietur per artificium, ergo ars eſt nulla. Dicimus capita illorũ eſſe vacua ratione humana, & magis illos beſtiis quam viris aſſimilari. Cõcludunt

cludunt enim ex pręmissis,nulla se habitudine ad id quod illatum est habẽtibus. Tantùm ergo tenet hæc argumentatio, Asinus currit,ergo tu es capra,quãtum & sua.Et hoc ideo: Quoniam etsi non fiat pręparatio in instanti, non prohibetur tamen hoc, quòd forma vel perfectio non possit præparato dari in instanti. Non enim præparatio est perfectio,sed habilitatio ad suscipiendam formam. Si dicunt etiã, quòd faciliùs est res naturales destruere, quàm componere, sed secundum eos aurum destruere non possumus: Multò ergo minus componere poterimus. Respondemus eis taliter, quòd ipsi in hoc non concludunt de necessitate qua coartemur credere, aurum non posse construi. Nam cùm difficulter destruitur difficilius construitur, non autem impossibile est, illud posse cõstrui,huius autem assignamus causam,quia fortem habuit compositionem,ideoque difficiliorem habuit resolutionem,propterea difficul-

ter destruitur. Et hoc est quod facit eos opinari, impossibilē esse eius constructionem, quia destructionem artificialem ex cursu naturæ ignorāt. Probauerūt fortè, quòd sit fortis compositionis, sed quantæ fortitudinis compositionis sit, non probauerunt. Sufficienter vtiq; tibi charissime fili, sophistarum phātasias attulimus. Restat ergo ex quo te attētum promissione fecimus, secundum viam promisionis, ad ea venire determinanda, quæ sunt principia de intentione naturæ, quorum essentiam nos oportet disputare sufficientiùs in sequentibus. Post illam verò determinationem etiam de ipsis sermonem faciemus, quæ sunt principia magisterii nostri. In prima tamen traditione singularem de vnoquoque principiorum faciemus sermonem, in sequenti verò vniuersalem. Ex nunc etiam verò ad præsens rationes negantium à datis, & ipsarum interemptiones imprimis afferamus.

Diuisio

Diuisio opinionum eorum qui artem esse supponunt.

CAPVT XII.

HAnc vtique artem supponentes, multiplices intẽtione diuersa fore comperimus. Alii quidẽ in spiritibus, alii verò in corporibus. Alii in salibus & aluminibus, vitris & bauracijs. Alij verò in omnibus vegetabilibus hanc inueniri artem affirmant. Ex his autem omnibus hi secundùm partem benè, & hi secundum partem malè, hi verò secundùm totum malè hoc diuinum magisterium ponẽtes, tradiderunt illud posteris suis. Ex ipsorum autem multiplicitatibus errorum difficulter & laboriosè cõiectura longa, & tædiosa experientia, multorumque sumptuum interpositione, nos veritatem collegisse contigit, & illorum error per nostræ mentis dispositionẽ & rationem sępissimè militauit, & desperationẽ adduxit. Blasphemati sint ergo in æternum, quia blasphemias posteris reliquerũt ex erroribus suis, qui

bus philoſophantes perſuaderunt, & non veritatem, ſed Diabolicam inſtigationem potius poſt mortes eorũ dimiſerunt. Et ego blaſphemandus ſim, niſi errores illorum corrigã & veritatem in hac ſcientia tradam totalẽ, prout melius expedit huic magiſterio nobiliſſimo. Hoc enim magiſterium occulto ſermone omnino non indiget, nec etiam manifeſto penitus. Tradeſmus igitur ipſum ſermone tali quem latere prudentes non accidat, mediocribus tamen profundiſſ. erit, fatuos autem miſerabiliter excludet hac eadem noſtra traditione. Redeuntes igitur ad propoſitum, dicimus quòd qui in ſpiritibus hanc artem eſſe poſuerũt, diuerſi ſunt & hoc multipliciter. Alij quidem in argento viuo. Alij autem in ſulphure & huic affini arſenico, alij vero in marchaſita, Alij in Tutia, alij in magneſia, & alij in ſale Ammoniaco. Qui verò ipſam in corporibus poſuerunt ſimiliter ſunt diuerſi, alij enim in Saturno, alij in Ioue, alij in quolibet aliorum

liorum corporum esse affirmarunt, alij verò in vitro, alij in gemmis preciosis, & alii in diuersitate aluminum nitrorũ & bauracium, alij verò in omni genere vegetabilium ipsam inueniri assignarunt, & illorum vnicuique supponenti alius est aduersarius, secũdùm suam suppositionem. Et his aduersans credit se arti simpliciter aduersari. Et vt plurimum vtraque secta vacua rationibus est.

Rationes negantium artem in sulphure suppositam.

CAPVT XIII.

QVi igitur artem hanc in sulphure suppofuerũt inueniri, in sulphure laborem impenderunt, & ignorantes eius præparationis perfectionem, ipsum magisterium diminutum reliquerunt. Crediderunt enim solam mundationem & purificationem in ipso, perfectionis fore complementũ. Hoc autẽ per sublimationem fit, ideoque adductum est intentioni eorum,

vt existiment quod sola sublimatio in sulphure, sit perfectio præparationis in ipso, & hoc idem in suo compari videlicet in Arsenico autumantes dixerunt. Venientes igitur ad proiectionem, quæ est ad alterationis intentionem, viderunt illud adduri & euanescere in fumũ, & modicam in corporibus moram protrahere, & ipsa corpora relinqui, ab eis fugiendo, & inuenerunt ipsa corpora magis im̃unda, quã priùs extiterũt, ante proiectionẽ illius medicinæ. Quia ergo viderunt hanc delusionem in operis complemento, & longissimis temporibus, ex solo sulphure hanc scientiam reperiri, in illorum pectoribus fuerat reuolutum, & cum in illo non inuenissent, arguunt non posse in alio hanc inueniri, quare cum nec in hoc nec in alio hac sola præparatione inueniatur, arguunt nusquam posse inueniri, & eam non esse.

Confutatio præcedentium.

CAPVT. XIV.

Respon-

RESpondentes autem eis breuiter dicimus, eos in hoc magisterio minimè sapere veritatem: Quia supponunt solum sulphur vulgi esse materiam nostrã, & si vera hæc esset suppositio, tamen in modo pręparationis sunt decepti, quia solã sublimationẽ sufficere crediderũt. Sunt enĩ tanquã pueri, ex principio natiuitatis suę vsq; ad senectutẽ in domo conclusi, nõ putantes mundi latitudinem extendi vltra suæ domus latitudinẽ vel vltra quã oculo possit conspici. Non enim hi in multis lapidibus & aliis rebus laborẽ adhibuerunt. Manus enim suas à multis laboribus & experientiis tædiosis abstraxerunt. Ideoq; non potuerunt sentire ex quo materia nostra eliciatur & ex quo non. Ex quo aũt manus suas etiam à laborum copia excusauerunt, quis laborum perfectiuus sit, vel non, meritò ignorare debuerunt. Sed quare fuerit opus illorum diminutum, dicimus, quia adurentiã in sulphure dimiserunt, & fugam, quæ non solũ non

perficit verum etiã diſſipat & deſtruit.

Rationes negantium artem in Arſenico ſuppoſitam.

CAPVT XV.

ALij verò in eodem & ſuo compare hanc medicinam inueniri exiſtimantes, & profundiùs ſpeculantes, non ſolùm per ſublimationem mundauerunt adurentem ſulphureitatem; Verùm etiam remouere conati ſunt terreſtreitatem, relicta tamen in illo fuga. Ad quorum proiectionem ſimiliter deluſio ſuperuenit, quia non adhæſit firmiter in ipſis corporibus, ſed ſucceſſiuè & paulatiuè euanuit in fumum relicto corpore in priori ſua diſpoſitione. Et hi ſimiliter ſcientiam arguerunt interimentes vt primi. Et eiſdem vt primis reſpõdentes artem affirmamus, quòd eam ſcimus, vidimus & veritatem proprijs manibus tetigimus.

Rationes

Rationes negantium artem ſuppoſitam in Sulphure, argento viuo, tutia magneſia, marcaſita, ſale ammoniaco, &c.

CAPVT XVI.

ALij quidam profundiùs in ipſo viderunt, mundauerunt illud, & eius fugam & aduſtionem abſtulerũt, & factum eſt eis fixum, terreum & mortuũ, nullam dans fuſionem bonam, ſed ſolam vitrificatoriam: & ideo non potuerunt hac medicina in proiectione corporibus permiſceri, & per conſequens nec alterare. Ideoq́ue arguunt vt primi, & eiſdem reſpondemus ſicut primis, quia opus diminutum & detrũcatum reliquerunt, nec illud ex ſua ignorantia complere ſciuerũt. Ingreſſionem enim quæ eſt perfectionis vltima, inquirere neſcierũt. In omnibus ſimiliter ſpiritibus alijs eſt idẽ modus præparationis & deluſionis, niſi quia in argento viuo & tutia excuſamur à maiori labore, qui eſt ex remotione

aduſtionis. Hæc enim ſulphureitatem &combuſtibilitatem aduſtibilem non habent ſed ſolã fugam & terreïtatem immundam. Magneſiæ verò & marcheſitæ omne genus ſulphureïtatem habent plus tamen marcheſita: minus verò magneſia: fugam tamen omnes habent, plus tamen argentum viuum, & ſal a͞moniacũ, minus verò ſulphur; adhuc verò minus ſuum compar, &adhuc minus marcheſita, quinto verò & magneſia minus illa, ſextò verò & vltimo minimè omnium tutia. Vtraq; tamen fuga participat: alia tamen plus, alia verò minus: & ideo propter illorum fugam ſpirituum, cuidam ſuperuenit experimentatori deluſio vehemens in illorum operationibus præparationum & ipſorum proiectionibus ſimiliter. Ideoq; & ipſi arguunt & interimunt vt in ſulphure ſupponẽtes, & eiſdem vt in ſulphure ſupponentibus reſpondemus.

Rationes

Rationes negantium artem suppositam in spiritibus unà cum corporibus fugiendis

Caput XVII.

SVnt autem alij intendentes in experientiis qui voluerunt spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione corporum præueniente: sed eisdem delusio similiter timorem, angustias attulit & desperationē, & coacti sunt ex eo hanc sciētiam contemnere & contra ipsam arguere. Est autem turbationis illorum ac credulitatis causa hæc, quoniam in fusione corporum per ignem, spiritus corpora illa relinquunt, nec eis adhærent firmiter: imò asperitatē ignis fugiunt, permanentibus in ea solùm corporibus materiatis: quoniam pressuram impietatis ignis illi cōpati propter fugam non possunt, quæ ab eis non est ablata. Accidit similiter & quandòq; delusio alia, quia & secum corpora ignē effugiunt: & ratio est hæc quia cū

non fixi ſpiritus corporum profundo inſeparabiliter adhæſerunt, ſpiritibus fugiẽtibus neceſſe eſt corpora ſecum eleuare: quoniã volatilis ſumma, ſummam fixi ſuperat. Vnde & ſimiliter vt primi arguũt, & ſimiliter vt primis reſpondemus. Tota ergo illorum reprobatio & error hic eſt. Si corpora, filij doctrinæ, vultis conuertere ſeu tranſmutare, tunc ſi per aliquam medicinã fieri hoc poſſibile ſit, per ſpiritus ſolos cõtingere neceſſe eſt: Sed ſpiritus nõ fixos corporibus vtiliter adhærere vel adiungi non eſt poſſibile vt ſupra diximus: imò fugiunt & corpora inalterata & immunda relinquunt. Ipſos autẽ fixos nõ eſt poſſibile ingredi, cùm ſint terreæ naturæ quæ non funditur: & licèt incluſi corporibus propter debilẽ ignem fixi apparent, non tamen ſunt, quia in ignis expreſſione aut ab ipſis corporibus aufugiunt relictis corporibus, aut ab eis recedunt ipſis manẽtibus aut ambo ſimul recedunt. Cùm igitur in medicina magis affini veritati, nul-

ti, nullis modis hãc artem inuenire sit possibile: in magis ergo remota minus inuenitur, ergò nusquam. Respõsio vtiq; nostra hæc est: quoniam quod scibile circa hoc est, non totũ sciunt: ideò nec operatum ex eo inuenitur. Consequẽtis igitur vitium per insufficientiam ponunt eorum robur.

De negantibus artem in corporibus suppositam.

Capvt XVIII.

Qvidam autem hanc artem posuerunt in corporibus: cùm autem ad opus peruenerunt delusi sunt existimantes plumbum vtrunq; liuidum scilicet & album, albedine non pura multum naturæ solis & lunæ assimilari & approximare: liuidum quidem multum soli, lunæ verò parum, album verò lunæ multum, soli verò parum.

Rationes negantium artem suppositam in plumbo albo quod stannum vulgo dicunt.

Capvt XIX.

EApropter horum aliqui autuman-

tes ſtannũ Iouem videlicet multũ lunę aſsimilari, in ſtridore, mollitie & liquefactionis velocitate ſolummodò differentem, credentes ex ſuperfluitate ſuæ humiditatis liquefactiuum eſſe facile, & molle ſimiliter, ex ſubſtantia verò fugitiua argenti viui in ipſo Ioue incluſa ſtridorem poſsidere: expoſuerunt illum igni & calcinantes ipſum tenuerunt in igne quem potuit tollerare quouſq; album factum eſt in calce ſua, quem poſtea volentes reducere, non potuerunt: ſed æſtimarunt reductionem eius impoſsibilem fore. Et horum aliqui cum maxima expreſsione reduxerũt ex illo aliquid licèt modicum & ſtridorẽ vt & mollitiem priùs in illo inuenerunt, ſimiliter & liquefactionis velocitatem. Crediderunt igitur hoc impoſsibile per viam hanc, & adducti ſunt in incredulitatem, vt putent artem indurationis illius inueniri non poſſe. Horum verò aliqui diutiùs operi inſtiterunt calcinauerunt & reduxerunt, & iterum

ſcori-

ſcoriam illius ſubtrahendo cum maioris ignis expreſsione calcinauerunt & reduxerunt: & hoc ſæpe reiterantes, viderunt illud induratum atq; ſine ſtridore. Quia ergo velocitatem liquefactionis omninò remouere non potuerunt, errauit mens illorum, & exiſtimauerũt ad illud non poſſe perueniri. Horum autem & alij volentes eidem duritiem & retardationem liquefactionis cum admixtione durorum corporum præſtare, ſimiliter in deluſionem ceciderunt, quia fregit illis omne corpus ei adjunctum & admixtum, nec juuit in hoc eos vlla præparatio. Ideoq; cum neq; cum duris corpus admixtum neq; cum ignis operatione illum perficere potuerunt, excuſauerũt ſe de longa mora inuentionis huius magiſterij, quia eam impoſsibilem dixerunt & crediderunt: per hoc & contra artem arguentes inſtanter poſuerunt illam non eſſe. Alij verò horum addentes multa & varia medicamina, viderunt illa nullam immuta-

bus philosophantes persuaderunt, & non veritatem, sed Diabolicam instigationem potius post mortes eorũ dimiserunt. Et ego blasphemandus sim, nisi errores illorum corrigã & veritatem in hac scientia tradam totalẽ, prout melius expedit huic magisterio nobilissimo. Hoc enim magisterium occulto sermone omnino non indiget, nec etiam manifesto penitus. Trademus igitur ipsum sermone tali quem latere prudentes non accidat, mediocribus tamen profundiss. erit, fatuos autem miserabiliter excludet hac eadem nostra traditione. Redeuntes igitur ad propositum, dicimus quòd qui in spiritibus hanc artem esse posuerũt, diuersi sunt & hoc multipliciter. Alij quidem in argento viuo. Alij autem in sulphure & huic affini arsenico, alij vero in marchasita, Alij in Tutia, alij in magnesia, & alij in sale Ammoniaco. Qui verò ipsam in corporibus posuerunt similiter sunt diuersi, alij enim in Saturno, alij in Ioue, alij in quolibet aliorum

liorum corporum esse affirmarunt, alij verò in vitro, alij in gemmis preciosis, & alii in diuersitate aluminum nitrorũ & bauracium, alij verò in omni genere vegetabilium ipsam inueniri assignarunt, & illorum vnicuique supponenti alius est aduersarius, secũdùm suam suppositionem. Et his aduersans credit se arti simpliciter aduersari. Et vt plurimum vtraque secta vacua rationibus est.

Rationes negantium artem in sulphure suppositam.

CAPVT XIII.

QVi igitur artem hanc in sulphure supposuerũt inueniri, in sulphure laborem impenderunt, & ignorantes eius præparationis perfectionem, ipsum magisterium diminutum reliquerunt. Crediderunt enim solam mundationem & purificationem in ipso, perfectionis fore complementũ. Hoc autẽ per sublimationem fit, ideoque adductum est intentioni eorum,

vt existiment quod sola sublimatio in sulphure, sit perfectio præparationis in ipso, & hoc idem in suo compari videlicet in Arsenico autumantes dixerunt. Venientes igitur ad proiectionem, quæ est ad alterationis intentionem, viderunt illud adduri & euanescere in fumũ, & modicam in corporibus moram protrahere, & ipsa corpora relinqui, ab eis fugiendo, & inuenerunt ipsa corpora magis imunda, quã priùs extiterũt, ante proiectionẽ illius medicinæ. Quia ergo viderunt hanc delusionem in operis complemento, & longissimis temporibus, ex solo sulphure hanc scientiam reperiri, in illorum pectoribus fuerat reuolutum, & cum in illo non inuenissent, arguunt non posse in alio hanc inueniri, quare cum nec in hoc nec in alio hac sola præparatione inueniatur, arguunt nusquam posse inueniri, & eam non esse.

Confutatio præcedentium.

CAPVT. XIV.

Respon-

RESpondentes autem eis breuiter dicimus, eos in hoc magiſterio minimè ſapere veritatem: Quia ſupponunt ſolum ſulphur vulgi eſſe materiam noſtrã, & ſi vera hæc eſſet ſuppoſitio, tamen in modo pręparationis ſunt decepti, quia ſolã ſublimationẽ ſufficere crediderũt. Sunt enĩ tanquã pueri, ex principio natiuitatis ſuę vſq; ad ſenectutẽ in domo concluſi, nõ putantes mundi latitudinem extendi vltra ſuæ domus latitudinẽ vel vltra quã oculo poſſit conſpici. Non enim hi in multis lapidibus & aliis rebus laborẽ adhibuerunt. Manus enim ſuas à multis laboribus & experientiis tædioſis abſtraxerunt. Ideoq; non potuerunt ſentire ex quo materia noſtra eliciatur & ex quo non. Ex quo aũt manus ſuas etiam à laborum copia excuſauerunt, quis laborum perfectiuus ſit, vel non, merito ignorare debuerunt. Sed quare fuerit opus illorum diminutum, dicimus, quia adurentiã in ſulphure dimiſerunt, & fugam, quæ non ſolũ non

perficit verum etiã diſſipat & deſtruit.

Rationes negantium artem in Arſenico ſuppoſitam.

CAPVT XV.

Alij verò in eodem & ſuo compare hanc medicinam inueniri exiſtimantes, & profundiùs ſpeculantes, non ſolùm per ſublimationem mundauerunt adurentem ſulphureitatem; Verùm etiam remouere conati ſunt terreſtreitatem, relicta tamen in illo fuga. Ad quorum proiectionem ſimiliter deluſio ſuperuenit, quia non adhæſit firmiter in ipſis corporibus, ſed ſucceſſiuè & paulatiuè euanuit in fumum relicto corpore in priori ſua diſpoſitione. Et hi ſimiliter ſcientiam arguerunt interimentes vt primi. Et eiſdem vt primis reſpõdentes artem affirmamus, quòd eam ſcimus, vidimus & veritatem proprijs manibus tetigimus.

Rationes negantium artem ſuppoſitam in Sulphure, argento viuo, tutia magneſia, marcaſita, ſale ammoniaco, &c.

Capvt XVI.

ALij quidam profundiùs in ipſo viderunt, mundauerunt illud, & eius fugam & aduſtionem abſtulerūt, & factum eſt eis fixum, terreum & mortuū, nullam dans fuſionem bonam, ſed ſolam vitrificatoriam: & ideo non potuerunt hac medicina in proiectione corporibus permiſceri, & per conſequens nec alterare. Ideoque arguunt vt primi, & eiſdem reſpondemus ſicut primis, quia opus diminutum & detrūcatum reliquerunt, nec illud ex ſua ignorantia complere ſciuerūt. Ingreſſionem enim quæ eſt perfectionis vltima, inquirere neſcierūt. In omnibus ſimiliter ſpiritibus alijs eſt idē modus præparationis & deluſionis, niſi quia in argento viuo & tutia excuſamur à maiori labore, qui eſt ex remotione

aduſtionis. Hæc enim ſulphureitatem &combuſtibilitatem aduſtibilem non habent ſed ſolã fugam & terreïtatem immundam. Magneſiæ verò & marcheſitæ omne genus ſulphureïtatem habent plus tamen marcheſita: minus verò magneſia; fugam tamen omnes habent, plus tamen argentum viuum, & ſal am̃oniacũ, minus verò ſulphur; adhuc verò minus ſuum compar, &adhuc minus marcheſita, quinto verò & magneſia minus illa, ſextò verò & vltim̃o minimè omnium tutia. Vtraq; tamen fuga participat: alia tamen plus, alia verò minus: & ideo propter illorum fugam ſpirituum, cuidam ſuperuenit experimentatori deluſio vehemens in illorum operationibus præparationum & ipſorum proiectionibus ſimiliter. Ideoq; & ipſi arguunt & interimunt vt in ſulphure ſupponẽtes, & eiſdem vt in ſulphure ſupponentibus reſpondemus.

Rationes negantium artem suppositam in spiritibus unà cum corporibus fugiendis

Caput XVII.

SVnt autem alij intendentes in experientiis qui voluerunt spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione corporum præueniente: sed eisdem delusio similiter timorem, angustias attulit & desperationẽ, & coacti sunt ex eo hanc sciẽtiam contemnere & contra ipsam arguere. Est autem turbationis illorum ac credulitatis causa hæc, quoniam in fusione corporum per ignem, spiritus corpora illa relinquunt, nec eis adhærent firmiter: imò asperitatẽ ignis fugiunt, permanentibus in ea solùm corporibus materiatis: quoniam pressuram impietatis ignis illi cõpati propter fugam non possunt, quæ ab eis non est ablata. Accidit similiter & quandòq; delusio alia, quia & secum corpora ignẽ effugiunt: & ratio est hæc quia cũ

non fixi ſpiritus corporum profundo inſeparabiliter adhæſerunt, ſpiritibus fugiētibus neceſſe eſt corpora ſecum eleuare: quoniã volatilis ſumma, ſummam fixi ſuperat. Vnde & ſimiliter vt primi arguũt, & ſimiliter vt primis reſpondemus. Tota ergo illorum reprobatio & error hic eſt. Si corpora, filij doctrinæ, vultis conuertere ſeu tranſmutare, tunc ſi per aliquam medicinã fieri hoc poſſibile ſit, per ſpiritus ſolos cõtingere neceſſe eſt: Sed ſpiritus nõ fixos corporibus vtiliter adhærere vel adiungi non eſt poſſibile vt ſupra diximus: imò fugiunt & corpora inalterata & immunda relinquunt. Ipſos autẽ fixos nõ eſt poſſibile ingredi, cùm ſint terreæ naturæ quæ non funditur: & licèt incluſi corporibus propter debilẽ ignem fixi apparent, non tamen ſunt, quia in ignis expreſſione aut ab ipſis corporibus aufugiunt relictis corporibus, aut ab eis recedunt ipſis manẽtibus aut ambo ſimul recedunt. Cùm igitur in medicina magis affini veritati, nul-

ti, nullis modis hãc artem inuenire ſit poſſibile: in magis ergo remota minus inuenitur, ergò nuſquam. Reſpõſio vtiq; noſtra hæc eſt: quoniam quod ſcibile circa hoc eſt, non totũ ſciunt: ideò nec operatum ex eo inuenitur. Conſequẽtis igitur vitium per inſufficientiam ponunt eorum robur.

De negantibus artem in corporibus ſuppoſitam.

CAPVT XVIII.

QVidam autem hanc artem poſuerunt in corporibus: cùm autem ad opus peruenerunt deluſi ſunt exiſtimantes plumbum vtrunq; liuidum ſcilicet & album, albedine non pura multum naturæ ſolis & lunæ aſſimilari & approximare: liuidum quidem multum ſoli, lunæ verò parum, album verò lunæ multum, ſoli verò parum.

Rationes negantium artem ſuppoſitam in plumbo albo quod ſtannum vulgo dicunt.

CAPVT XIX.

EApropter horum aliqui autuman-

ſcoriam illius ſubtrahendo cum maioris ignis expreſsione calcinauerunt & reduxerunt: & hoc ſæpe reïterantes, viderunt illud induratum atq; ſine ſtridore. Quia ergo velocitatem liquefactionis omninò remouere non potuerunt, errauit mens illorum, & exiſtimauerũt ad illud non poſſe perueniri. Horum autem & alij volentes eidem duritiem & retardationem liquefactionis cum admixtione durorum corporum præſtare, ſimiliter in deluſionem ceciderunt, quia fregit illis omne corpus ei adjunctum & admixtum, nec juuit in hoc eos vlla præparatio. Ideoq; cum neq; cum duris corpus admixtum neq; cum ignis operatione illum perficere potuerunt, excuſauerũt ſe de longa mora inuentionis huius magiſterij, quia eam impoſsibilem dixerunt & crediderunt: per hoc & contra artem arguentes inſtanter poſuerunt illam non eſſe. Alij verò horum addentes multa & varia medicamina, viderunt illa nullam immuta-

immutationem facientia, nec ei conuenientia, sed potius corrumpentia & contra illorum propositum agentia, & ideò libros abiecerunt, & capita retorserunt & artem esse friuolam dixerunt. Quibus obuiantes respondemus responsione prima.

Rationes negantium artem in plumbo suppositam.

CAPVT. XX.

EVndem est in plumbo reperiri illusionis modum, solo excepto, quòd corpora non frangit, & quòd citiùs Ioue redit à calce sua: liuiditatem attamen suam remouere non possunt quia ignorant: ideoq; illud dealbare non possunt dealbatione bona, nec per suam phantasiam potuerunt illud stabilibus corporibus firmiter vnire & associare: quin contingeret illud per fortem ignis expressionem separari de commixto. Et quod maximè decipit tales in Saturni pręparatione est, quod post duas reductiones à calce sua nullam duritiem suscipit, sed maiorem

iorem potius molliciem quàm prius habuerit, & in aliis similiter non viderunt illud emēdari differētiis. Et ideo cum in ipso putantes propinquius & melius inuenire scientiam hanc & non inuenerunt, coguntur per hoc credere & argumentari artem non esse sed delusionem, & ideo peccāt hi vt priores. Et his respondemus, vt alijs.

Rationes negantium artem in mixtione corporum durorum cum mollibus, suppositam.

CAPVT XXI.

ALij verò componentes dura cum duris, mollia cum mollibus propter conuenientiam, voluerunt corpora à se inuicem transmutari & transmutare: Et illud non potuerunt propter suam insufficientiam; vt permiscentes Solem vel Lunam cum Venere vel alio vnoquoque metallorum, non viderunt illa in Solem vel Lunam minimè transmutari transmutatione fir-

ma & vera quin contingat per ignem expressione forti vnumquodque illorum corporũ imperfectorũ à cõmixtione separari & comburi, remanente corpore perfecto, vel ad priorem sui naturã redire. Quædã verò ex eis plus durãt in cõmixtione: quædã verò minus, vt à nobis sufficiẽter determinatur in sequẽtibus. Hæ itaq; omnes delusiones superuenięẽtes propter ignorantiã, faciunt hos tales de hac arte omnino diffidere, & illam arguere nõ esse. Alij autem ex eis profundiùs super hoc inquirentes, ingeniati sunt & viam voluerunt inuenire vt dura mollibus vnirent, & ea subtiliter indurarent, & perfecta cum imperfectis ad perfectionẽ reducerent, vt generaliter à se inuicem transmutarẽtur & transmutarent trãsmutatione firma & vera. Et ideo hi voluerunt similitudinem & affinitatem illorum inuenire tam per medicinas quàm per ignis administrationẽ attẽnuando grossa & dura, sicut Venerem & Martem, & inspissando subtilia, sicut

est Iu-

eſt Iupiter & ſuus compar Saturnus. Et credẽtes hanc adminiſtrationem perficere, deluſi ſunt in hac commixtione corporum, vel quia totũ omnino frangibile fecerunt, vel quia molle non alteratum fuit à duro: vel nimis durum non alteratũ à molli. Et ſic conuenientiam non inuenerunt. & ideo vt priores artẽ condẽnauerunt & negauerũt.

Rationes negantium artem, in extractione animæ ſuppoſitam.

CAPVT XXII.

ALij verò adhuc magis profũdè ſpeculãtes alterare voluerũt corpora cum animarum ſuarum extractione: & cum illa extracta anima, alia omnia alterare. Hoc autẽ nõ potuit eorũ experientia perficere, ſed deluſi fuerunt de intentione ſua, & propterea æſtimarũt artẽ non poſſe inueniri. Alij verò ſolo igne corpora perficere conãtes, deluſi in operatione ſua fuerũt: quia ad illud peruenire neſcierunt. Et hi ſimiliter eã ex hoc non eſſe putauerunt, quibus omnibus obuiamus vt primis.

Rationes negantium artem in vitro & gemmis suppositam.

CAPVT. XXIII.

QVi autē in vitro & gemmis ipsam posuerunt: cogitauerunt per vitrum & gemmas in corporibus alterationes reperire: & hi similiter in opere delusi sunt, quia non alterat quod non ingreditur. Constat autem quod vitrũ & gemmæ non ingrediuntur, quia non funduntur fusione recta; ideoq; nō alterantur corpora ab eis. Sed etsi conati sunt vitrum secum vnire, cum vix hoc possit, non tamen propositum habent: quoniam vitrum ex corporibus faciunt. Et propter hunc errorem æstimant super totam artem cadere, & sic eam arguunt non esse. Quibus omnibus respondemus eos operari in non debita materia: ideoq; indebitè terminantes, non possunt ad suam intentionem peruenire, hancque artem ex eorum erroribus interimere.

Ratio-

Rationes negantium artem in salibus & aluminibus suppositam.
CAPVT XXIV.

SVnt & alij supponentes eam artem inueniri in salibus & aluminibus nitris & boracibus. Possunt quidem in his experiri: sed veram artem inueniri minimè putamus in eis. Ideoq; si post suam experientiam paucam vtilitatem transmutationis inueniũt, scilicet soluendo, coagulando, assando & multipliciter operando, tamen remota est valde & maximè laboriosa. Alij autem imitantes dicta antiquorum philosophorum, qui hanc in omnibus vegetabilibus inueniri affirmant: Et tales qui causam in omnibus vegetabilibus ponunt, possibile quidem ponunt, sed nõ eis quoniam potius in vita sua deficerent quàm ad suam intentionem perueniant. Ideoque si tales artem in solis vegetabilibus nunquam inueniunt, artem nullis laboribus inueniri posse argumentari non licet. Omnes autem priùs dicti errantes vnam materiam

ſuam poſuerunt & nullam aliã ſuppoſuerunt præter illã. Et hi quidem iã redarguti ſunt omnes. Alij verò multi, & quaſi infiniti harum rerũ omnium cõpoſitionem aut quarundã ſub diuerſa proportione facientes tam ſcienter quàm ignoranter incedentes, & error illorum vſq; in infinitũ extẽditur: quoniam infinita eſt diuerſitas rerum cõmiſcibilium, & ſimiliter infinita eſt diuerſitas proportionis illarum ad inuicem: & ſic ex his ambabus infinitatibus neceſſe eſt eos infinitè errare, aliquando ex ſuperabundantia, aliquãdo ex diminutione: & his poſſibilis eſt correctio, dum tamen in vera materia inchoauerint. Nos autem longitudini ſermonem & prolixitati ſcripturæ parcentes ſuper infinitis inſiſtere nolumus: quoniam doctrinam vtilem tredemus breuibus locutionibus, ex quibus quilibet ſapiens quàm euidenter infinitatem ſuorum errorum poterit emẽdare, & illos tales in eorum erroribus infinitis corrigere. Nunc verò

priùs

priùs naturalia principia diſcutiemus & definiemus ſecundum omnes rationes & cauſas eorum, prout meliùs expediet huic magiſterio diuino : vt ex principio te attentum fecimus, & in memoratione illorum.

TERTIA PARS HVIVS LIBRI,
De principijs naturalibus, & eorum effectibus.

Nota benè & perpende diligentèr.

De principiis naturalibus ſecundùm opinionem antiquorum.
CAPVT XXV.

INnuimus ergo tibi ſecundum opinionē quorundam antiquorū philoſophorum qui fuerunt de ſecta hanc artem imitantium, quod prima principia naturalia & ex quibus metalla procreantur ſunt ſpiritus fœtens, id eſt, ſulphur & aqua viua, quam & ſiccā aquam nominari concedimus. Spiritū autē fœtentē diuiſimus. Eſt enim albus in occulto & rubeus in manifeſto. Et niger vterq;, tamē in magiſterio huius

peris tendit ad rubedinem. Dicemus igitur sermone breui, & completo nec non manifesto vniuscuiusque horum principiorum naturam & generationem,&modum similiter generationis. Expedit igitur nos ampliare sermonē nostrum & dilatare: & singulum capitulum de singulo naturali principio tradere.In genere tamē dicimus,quod vnumquodque istorum principiorum est fortissimæ compositionis & vniformis substantiæ vti narramus : & illud ideo, quoniam in eis minimæ partes terræ taliter partibus aëris, aqueis & igneis sunt vnitæ; vt nulla ipsarum alteram in resolutione possit dimittere: imo quælibet cum qualibet resoluitur propter fortem vnionem naturalem quam habuerunt ad inuicem ex nimia subtilitate partium minima i. paulatiuè à calore naturali æqualiter in visceribus terræ conculcato & digesto secundum debitum cursum naturæ, ad exigentiam illorum essentiæ. Et hoc secundum opinionem quorūdam antiquorum philosophorum.

De

De principijs naturalibus secundum opinionem recentiorum.

Caput XXVI.

Alij verò moderniores aliter dixerunt quod illorum principiorum naturalium non fuit argentum viuum, nec sulphur in natura sua, sed alteratũ & in terream materiã mutatum. Vnde dixerunt quod illud principium fuit aliud quàm spiritus fœtens & spiritus fugitiuus in natura sua. Et ratio qua moti fuerunt maximè, est hęc quod nõ inuenerunt in mineris argenteis, vel aliorum metallorum aliquid quod sit argentum viuum in natura sua, nec aliquid quod sit sulphur; imò per se inuenerunt vnumquodq; illorum separatũ in propria sua minera in sua natura & forma. Et similiter per aliam rationem hoc affirmant, quòd non est transitus à contrario in contrarium, nisi per medium dispensatiuum: Et propterea coguntur confiteri & benè quod non sit transitus à mollitie argenti viui ad duritiem alicuius metalli non mediati,

nisi per medium dispensatiuũ quod est inter molle & durũ: Sed in mineris nõ inueniunt aliquid in quo saluetur hæc media dispositio: ideo hac ratione coguntur credere argẽtum viuum & sulphur in natura propria non esse illud principium de intentione naturæ. Imo aliud quod resultat ex illorum alteratione in radice naturæ ad terreã substantiã hoc modo: quoniã vnũquodq; eorum conuertitur in terream naturã, deinde ex his ambabus terreis substãtiis resoluitur quidem fumus tenuissimus & purissimus propter calorem conculcatum in visceribus terræ, & hic duplex fumus est materia immediata seu principium metalli. Hic tamen fumus à calore temperato minerę decoctus & digestus conuertitur in naturã cuiusdam terræ, ideoq; fixionem quãdam suscipit, quam defluens aqua mineralis per viscera terrę decurrens abluit, & eius spongiositatem dissoluit: & ei vniformiter inuiscatur & vnitur vnione naturali, firma & vera. Ideoq; dixe-

dixerunt quod aqua defluẽs per meatus terræ inuenit ſubſtantiam diſſolubilem ex ſubſtantia terræ, & illam ſoluit, & vniformiter ſecum vnitur quouſq; talis terra diſſoluta & aqua vnum fuerint vnione naturali, & ad metallicam conuertantur naturam. Et ad talem mixtionem veniunt omnia elementa ſecundum debitam proportionem & exigentiam naturalem, & commiſcentur hæc duo ſimul per minima quouſque faciant vniformem mixtionem. Et hæc commixtio per ſucceſſiuam & diuturnam decoctionem ac digeſtionem caloris naturalis in mineris terræ conculcati, inſpiſſatur & induratur quouſque natura ſuam intentionem perficiat, & fit metallum. Dicimus autem quod hi qui ſic opinati ſunt, ſunt affines veritati, non tamen veritatem concipiunt puram.

Diui-

Diuisio principiorum naturalium.

CAPVT XXVII.

IAm sermone vniuersali & completo de ipsorum metallorum principiis naturalibus determinauimus. Restat igitur vt nunc ponamus vniuscuiusq; proprium principij capitulum. Cum ergo tria sint sulphur, arsenicum & argentum viuum, primò ascribemus capitulum de sulphure, secundò de arsenico, tertiò de argento viuo. Deinde verò vniuscuiusque metallorum quæ sunt effectus horum principiorum ponemus capitulum determinatum, secũdum quod est ex opere naturæ. Dehinc verò ad ea quæ huius magisterij sunt fundamenta & operationes transeundum erit, horum omnium causas assignantes.

De sulphure.

CAPVT XXVIII.

DIcimus igitur quod sulphur est pinguedo terræ in visceribus terræ per temperatam decoctionem inspissata quousque induretur & sicca fiat,

fiat,& cum indurata fuerit,sulphur vocatur. Habet autem sulphur fortissimã compositionem, & est vniformis substantiæ in omnibus suis partibus omogenium: ideoq; nõ aufertur eius oleũ ab ipso per distillationem sicut ab aliis rebus oleum habentibus. Qui verò quærunt ipsum calcinare non perdendo de illius substantia aliquid de quo sit curandum,in vanum laborãt: quoniam non calcinatur nisi per magnam industriam & multum de illius substãtia dissipando. Ex centum enim partibus vix tibi tres sufficienter reseruabis, scilicet post ipsius calcinationem. Figi similiter non potest nisi calcinetur priùs: Commisceri attamen & aliquantulum illius fuga retardari, & illius potest adustio reprimi, & cum cõmixto faciliùs calcinatur. Qui autem quærit ex eo opus elicere, illud per se præparando non elicit; quoniam cum commixto perficitur, & sine illo protelatur magisterium vsque in desperationem, & cum suo cõpari fit tinctura

& dat

&dat pondus completũ vnicuiq; metallorũ, &ipſum fœditate depurat,illuſtrat & perficitur cũ magiſterio ſine quo nihil horum præſtat, ſed potius corrumpit & denigrat: non igitur ſine magiſterio ipſo vtaris. Qui autem in præparatione ipſum commiſcere & amicari corporibus nouerit,ſciet vnum ex ſecretis naturæ & viam perfectionis vnam, cum multæ ſint viæ ad vnum effectum tendentes. Vna tamẽ propinquior & perfectior alia inuenitur. Et quodcunq; corpus metalli ex ipſo calcinatur, acquirit pondus ſine dubio: AEs verò aſſumit ex eo Solis effigiem. Mercurio quoq; aſſoriatur, & per ſublimationem fit Vſifur vel cinnabrum. Calcinantur autem per ipſum omnia corpora facilè præter ſolem & Iouem: Sol autem magis difficulter,& nõ coagulatur argentum viuum ex eo in ſolem vel lunam, in quibus ſit vtilitas, per artificium debile ſicut quidam fatui putauerunt. Quæcunque autem corpora minus habent de humiditate

argenti

argenti viui faciliùs per sulphur calcinantur: quæ verò multum difficiliùs. Per Deum altissimum idipsum illuminat & rectificat omne corpus: quoniam est alumen & tinctura. Difficillimè quoque soluitur, quia non habet partes salsuginosas sed oleaginosas quæ non faciliter in aquam soluuntur. Quæ autem facilè & quæ difficile soluuntur in aquam infra in capitulo solutionis monstrabimus satis apertè. Sublimatur verò quia spiritus est, & si quando commisceatur veneri & adunatur secum, fit mirabilis color violaceus: cum mercurio quoque miscetur similiter, & fit ex eis per decoctionem celestinus color delectabilis. Non putet ergo quis quod sulphur per se opus compleat. Non enim esset hoc credere nisi vanum. Hoc autem satis lucidè probamus in sequentibus. Eligitur autem crassum & lucidum.

Et de sulphure hæc dicta sufficiant.

De

De Arſenico.

CAPVT XXIX.

REſtat nunc de Arſenico terminare ad præſens. Dicimus autem quod Arſenicum eſt ſimiliter de ſubtili materia & in natura ſulphuri confine. Iccirco non oportet aliter definiri quàm ſulphur. In hoc autem diuerſificatur à ſulphure, quia eſt albedinis tinctura, ſulphur verò rubedinis. Eſt autem ſulphuris & arſenici duplex genus, ſcilicet citrinum & rubeum, quæ ſunt huic arti vtilia: reliqua autem multa genera non. Figitur autẽ arſenicum ſicut ſulphur, & vtriuſque ſublimatio ex metallorum calcibus melior eſt, vt infra dicetur. Non ſunt autem ſulphur & arſenicum materia perfectiua huius operis. Non enim complent nec perficiunt. Sunt autem adminicula in caſu. Eligitur autẽ lucidum & ſquamoſum, & non petroſum.

De argento viuo.

CAP. XXX.

ARgentum viuũ, quod etiam Mercurius

curius appellatur, antiquorum vſu eſt aqua viſcoſa ex ſubtiliſſima terra alba ſulphurea,& aqua clariſſima in viſceribus terræ calore naturali digeſta & vnita per minimam vnione fortiſſimà quouſque humidum contemperetur à ſicco,&ſiccum ab humido, æqualiter procreata. Ideoque fugit ſuperficiem planam de facili propter ſuæ aquæ liquiditatem & humiditatem, non autem adhæret tangenti licèt viſcoſam materiam habeat : & hoc propter ſiccitatem illius incluſam in ipſo,quę humiditatem contemperat & adhærere non permittit. Eſt autem ſecundùm aliquos materia metallorum cum ſulphure. Adhæret quoque tribus mineralibus de facili Saturno videlicet, Ioui & Soli: Lunæ verò magis difficulter.Veneri autē difficiliùs quàm Lunę. Marti verò nullo modo niſi per artificium,adhæret.Ex hoc vtique ſecretum elicias. Eſt enim amicabilis & metallis placabilis , & medium coniungendi tincturas, & non ſubmergitur aliquid

in eo nisi Sol. Soluuntur tamen ab eo Iupiter & Saturnus & Venus, & commiscentur: & sine ipso aliquod metalli opus deaurari non potest. Soluitur & figitur, & est tinctura rubedinis exuberantissimæ refectionis & fulgidi splendoris, & non recedit à commixto donec est. Non tamẽ est materia seu medicina nostra in natura sua, licèt similiter iuuare potest in casu.

De effectibus naturæ, quæ sunt corpora metallica.

CAPVT XXXI.

NVnc verò de metallicis corporibus quæ sunt horum principiorũ effectus restat videre. Sunt autem sex num. scilicet, Aurũ, Argentũ, Plumbũ, Stannum, Aes siue Cuprum, & Ferrum. Dicimus ergo quod metallũ est corpus minerale fusibile, sub malleo ex omni dimensione extendibile. Est autem metallum densæ substantiæ & fortissimæ compositionis. Habẽt verò metalla affinitatem ad se inuicem magnam:

gnam: non tamen propter hoc perfectum imperfectum perficit in eorum cõmixtione. Si enim aurũ cum plumbo admiſceatur in fuſione, non fit ex hoc plumbo aurum, ſed euaneſcit cõmixtione & aduritur. Aurum autem in examinatione remanet: ſimiliter in reliquis imperfectis corporibus eſt dicendum: & hoc ſecundùm curſum naturalẽ. In noſtro verò magiſterio perfectum imperfectum adiuuat: & imperfectum in noſtro magiſterio per ſe perficitur ſine adminiſtratione alicuius rei extraneæ: & imperfectum hoc eodem magiſterio perficitur. Et per Deum ſe inuicem alterant & alterantur, & ſe inuicem perficiunt & perficiuntur, & per ſe tantum vnumquodq; perficitur ſine alicuius adminiculo. Et hoc eſt album perfectum & rubeum perfectum.

De Sole ſiue Auro.

CAPVT XXXII.

ATtulimus tibi in generali ſummã & intẽtionẽ corporũ metallicorũ:

Nunc autem specialiter de vnoquoq; per se sermonem ac descriptioné ponamus. Et primò de Auro, dehinc verò secundùm ordinem de alijs mentionem faciemus. Dicimus ergo quod Aurum est corpus metallicum citrinũ, ponderosum, vnitum, fulgidum multum, æqualiter in ventre terræ digestũ & aqua minerali diutissimè lotum, sub malleo extendibile & in igne fusibile: examinationem cinericij & cementi tollerans. Ex his vtique elicias quòd nihil dicitur aurum nisi causas deffinitionis auri & differentias omnes habeat. Quicquid tamen metallum radicitùs citrinat, & ad æqualitatem perducit, ex omni genere metallorum aurum facit. Ideoq; per opus naturę perpendimus, & artificio æs in aurum mutari posse. Vidimus namq; in mineris æris ex quibus emanabat aqua secum educens æris squamas tenuissimas, ipsasq; diuturno & continuo lapsu suo lauans & mundans. Deinde verò aqua cessãte fluere, vidimus prædictas squamas

mas in ſicca arena quaſi per triennium morari & in ſolis calore decoqui: inter quas tandem à nobis eſt inuentum aurum veriſſimum & puriſſimum. Aeſtimauimus vtique per aquæ beneficium illas mũdatas fuiſſe, & demùm per Solis calorem in arenæ ſiccitate æqualiter digeſtas, & ad æqualitatem perueniſſe. Imitantes ergo naturam in quibus poſſumus, & nos ſimiliter alteramus, licèt in hoc naturam omnino ſequi non valemus nec debemus. Aurũ quoque eſt precioſius omnium metallorum & eſt tinctura rubedinis: quia tingit & transformat omne corpus. Calcinatur autem & ſoluitur ſine vtilitate, & eſt materia lætificans & in iuuentute corpus conſeruans. Frangitur facilimè cum Mercurio, & odore plũbi. Non eſt autem in actu quod magis ſibi cõmiſcetur quàm Iupiter & Luna. In pondere autem & ſurditate Saturnus: in colore verò Venus, in potentia quoque magis Venus, deinde Luna, deinde Iupiter, & præterea Saturnus,

vltimò verò Mars. Et hoc eſt vnum ex ſecretis naturæ. Cum ipſo ſimiliter commiſcentur & vniuntur ſpiritus, & figuntur per ipſum maximo magiſterio, quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis vel petrinæ.

De Luna ſiue argento.
CAPVT XXXIII.

SErmonẽ noſtrum faciẽtes in Luna, dicimus quod Luna eſt corpus metallicum album albedine pura, durum, ſonans, perdurans in cinericio, ſub malleo extendibile & in igne fuſibile. Eſt itaque Luna albedinis tinctura & indurat Iouem; & conuertit ad ſe per artificium, & commiſcetur Soli & non frangit. Sed in examinatione ſine artificio ſecum non perſeuerat. Qui nouerit ipſum ſubtiliare, & poſt ſubtiliationem inſpiſſare & figere ſecum aſſociatum, manet cum eo in pugna, & ipſum non dimittit penitus. Super ſuccum acutorum ponitur ſicut aceti, ſalis armoniaci & agreſtæ, & generatur cœleſtinus color mirabilis, & eſt no-

bile

bile corpus: sed diminutum à nobilitate auri, & inuenitur eius minera determinata. & quandoq; habet confusam mineram cum aliis corporibus, & illud nō est ita bonum. Calcinatur etiam & soluitur labore magno & sine vlla vtilitate.

De Saturno seu plumbo nigro.

CAPVT XXXIV.

PLumbū est corpus metallicū multum liuidū, terreū, pōderosum, mutū, parua participās albedine, cū liuiditate multa, cinericiū & cementū refugiens, molle, facilè omni sua dimēsione parua compreſſione extendibile, & facilè fusibile sine ignitione. Plumbū autem quidam fatui putant & dicunt multùm in natura sua auro approximare. Sed quoniā sunt duræ ceruicis, omni ratione vacui, nullam veritatem conijcere valentes, quantum in se est, ex subtilissimis rebus queunt, sed de eis secundùm sensum iudicantes: quoniam vident illud ponderosum & mutum; & non putrescere; cre-

dunt illi multùm approximari: sed hoc totum quoque est erroneum, & latiùs à nobis in sequenti negotio approbatur apertè. Plumbum quoque multùm habet de substantia terrea, ideo lauatur, & in stannum per lauacrum transmutatur, vt infra dicemus. Per hoc ergo patet stannum magis perfectioni approximari. Aduritur in igne, & fit ex eo minium: & ponitur super vapores aceti, & fit ex eo cerusa. Et licèt non multum communicet argento: ex eo tamen per nostrum artificium de facili fit argentum, & non retinet pondus proprium in transmutatione, sed diminuitur, & in verum pondus conuertitur. Est etiam plumbum argenti examen in cinericio, & huius causas in sequentibus apertè declarabimus.

De Ioue siue plumbo albo.

CAPVT. XXXV.

STannum est corpus metallicum album albedine impura, liuidum, sonans parum, terreïtate modica participans: stridorem, molliciem, liquefactionis

ctionis sine ignitione velocitatem in radice sua possidens: cinericium & cementum non expectans: sub malleo omni dimẽsione tenuiter extendibile. Est ergo Iupiter inter diminuta à perfectione corpora magis perfectus in radice suæ naturæ: affinis Soli & Lunę: Lunæ tamen magis: Soli verò minùs. Hæc autem in sequenti lucidè demõstrabimus. Iupiter verò quia albedinem multam ex radice suæ generationis suscepit: ideo omnia non alba corpora dealbat. Vitium est tamen ei, quia omne corpus frangit, præter Saturnũ & purissimum Solem. Et Iupiter multum Soli & Lunæ adhæret: & ideo ab eis in examine non facilè recedit. Suscipit tincturam rubedinis, & splendet in eo fulgore inestimabili: & pondus acquirit in magisterio nostro perfectũ. Induratur verò & mundatur faciliùs quàm Saturnus, vt infra dicemus. Qui verò sciuerit eius vitium fractionis auferre, subitò ex ipsius proficuo lætabitur. Iungitur enim Soli & Lünæ, nec separabitur ab eis semper.

De Venere siue Aere.
CAPVT XXXVI.

VEnus siue Aes est corpus metallicum liuidũ, rubedine fusca multum participans, ignibile, fusibile, sub malleo extendibile, multum sonans, cineritium & cementũ refugiens. Venus itaque in profundo suæ substantię colorem & essentiam auri portendit. Malleatur verò & ignitur vt argentum & aurum. Quare secretum ex ea assumas: Est enim medium Solis & Lunæ, & facilè ad vtrumq; conuertere naturam illius accidit: & est bonæ conuersionis & pauci laboris. Conuenit cum Tutia vehementer, & illam citrinat citrinitate bona, & hoc per magisterium sine quo non perficitur, vt ex hoc proficuum elicias. Excusamur vtiq; per eã à laboribus indurationis & ignitionis illius. Assumas igitur eam, præ cæteris imperfectis in opere minori & medio: in maiori verò minimè. In hoc tamen à Ioue vitium habet, quoniam liuescit de facili ex infectione vaporum & humo-

humoribus acutis, & eradicare illud non est facile artificiũ, imo profundũ.

De Marte siue Ferro.

Capvt. XXXVII.

Mars siue ferrũ est corpus metallicum multùm liuidum: parùm verò rubeum, albedine impura participãs, durum, ignibile, non fusibile fusione recta, malleabile & multum sonans. Est autem Mars durissimæ tractationis, & hoc propter suæ fusionis impotentiã. Quod si sine medicina eius naturam immutante fundatur, cõiungetur Soli vel Lunæ, & ab eis non faciliter separatur per aliquod examen. Si autem præparatur & coniungitur, non separatur per aliquod artificium, si saltem eius natura & fixio non immutetur ab eo; sed sola illius remoueatur immundities. Est ergo tinctura rubedinis de facili: albedinis verò bonæ difficilimè. Et cum coniungitur Soli vel Lunæ non immutans est colorem commixti, sed potiùs augens illud in quantitate.

De essentia metallorum magisterium.

CAP. XXXIIX.

INter omnia igitur corpora imperfecta, Iupiter splendidius & lucidius & maioris perfectionis existit. Et in solarem & lunarem vberius transmutatur essentiam. In ipso tamen est opus facilis tractationis & lõgi laboris, propter suæ liquefactionis velocitatem. Post ipsum verò Venus magis perfectę mutationis eligitur, difficilis tractationis, breuioris verò à Ioue laboris. Saturnus verò post Venerem perfectionem in transmutatione ab illa diminutam habet: facilis namque tractationis, longissimi verò laboris existit. Mars vero inter cætera imperfecta minimæ perfectionis in transmutatione reperitur, tractationis omniũ difficillimæ & laboris longissimi inuenitur. Quæcunque igitur à velocitate liquefactionis corpora remotiora sũt, difficilioris inueniuntur in transmutationis opere, tractationis: vt sunt Venus & Mars: Quæ verò magis magis, & quæ

quæ maximè maximè. Quæcunque
verò maioris liuiditatis infectione cor
pora sunt participantia, & hæc laboris
longioris, & minoris perfectionis ap-
probantur. Quæcunque autem perfe-
ctionum diuersitates paulò prius à no-
bis determinatæ sunt, in minoris &
medij operis artificio repertæ sunt: in
maiori verò vnius perfectionis, sunt o-
mnia, non autem vnius tractationis aut
laboris sunt, vt patet ex prædictis. Iam
ergo principia naturalia quæ sunt de
intentione naturæ ipsorum corporum
metallicorum, in hac traditione con-
scripsimus: & similiter ipsorum corpo-
rum determinatos sermones in singu-
lis capitulis veraciter composuimus,
secundùm sententiam illorum, qui in-
tima naturæ videre potuerunt, & se-
cundùm experientias per quas ad ea
peruenimus magna diuturnitate la-
boris instantia. Nunc verò secundum
quod videmus & inuenimus, expedit
huius operis defectū supplere, & prin-
cipia omnia huius magisterij in hac
nostra

noſtrà traditione ſeriatim ac ſermonē conueniente explicare. Et omnem experientiam ſecundùm quam vidimus, demonſtrare omnium illorum cauſas ponentes.

QVARTA PARS HVIVS LIBRI:

De principijs huius magiſterij & perfectione eiuſdem.

De principiis artificialibus.

CAPVT XXXIX.

NVnc verò quæ determinata ſunt Principia huius magiſterij: & perfectioné eiuſdem narremus. Sũt itaq; huius artis principia modi operationum ipſius, quibus applicatur artifex ad hoc magiſterium: Quo quidem ad ſe inuicem ſunt diuerſi. Eſt enim vnus modus ſublimatio, & deſcenſio alter, & alius diſtillatio: alius calcinatio, alius ſolutio, alius coagulatio, & alius fixio: Octauus verò & vltimus ceratio. De quibus ſingulariter propriam narrationem faciemus in ſequentibus.

Perfe-

Perfectio autem Magisterij huius consistit ex consideratione rerum, quibus peruenitur ad operis complemẽtum; & ex cõditione rerum iuuantium perfectionem; & ex consideratione ipsius rei quæ vltimo perficit; & ex cõsideratione, qua cognoscitur vtrum in perfectione sit Magisteriũ, vel non. Cõsideratio igitur rerum per quas peruenitur ad operis cõplementum, est consideratio substantiæ manifestæ & colorum manifestorũ, & ponderũ in vnoquoq; corporum mutãdorum, & eorum quæ non mutanda sunt ex radice suæ naturæ absq; vllo artificio: & consideratio principiorũ corporum secundùm suũ profundum occultum & manifestum, secũdùm naturam suam, sine artificio, & eorum similiter cum artificio. Quoniam, si non cognoscerentur corpora & illorum principia in profundo suæ naturæ & manifesto, cum artificio & sine: Et si nesciremus quid superfluum in eis & quid perfectionis, & quid diminutum esset in eis, necesse foret

foret nos nunquam ad perfectionem transmutationis illorum peruenire. Consideratio autem rerum iuuantium perfectionem, est consideratio naturarum illarum rerum, quæ corporibus sine artificio videmus adhærere & mutationem facere : Vt sunt, Marchesita, Magnesia, Tutia, Antimonium & lapis Lazuli : & cõsideratio eorum quæ sine adhærentia corpora mundificant : vt sunt Salia, & Alumina, Nitra & Boracia, & quæ suæ naturæ sunt : & consideratio vitrificationis mundantis per consimilem naturam.

De materia perficiente.

Capvt XL.

Consideratio verò rei quæ vltimò perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ Argenti viui: & est materia quæ ex materia illius assumpsit originem, & ex illa creata est. Non est autem ista materia Argentum viuum in natura sua, nec in tota sui substantia: sed fuit pars illius. Non est autem nunc, cum lapis noster factus est,

pars

pars illius: ipſe enim illuſtrat & à combuſtione & fuga conſeruat, quod perfectionis ſignificatio eſt.

De Examinibus.

CAPVT XLI.

Conſideratio verò rei, ex qua cognoſcitur vtrum magiſterium in perfectione ſit, vel non, eſt conſideratio examinationis cinericij; cementi, ignitionis, expoſitionis ſuper vapores acutorum, extinctionis, commixtionis ſulphuris aduretis corpora, reductionis poſt calcinationem, & ſuſceptionis facilis argenti viui. Hæc autem omnia expedit narrare cum cauſis ſuis, & cum experiẽtiis manifeſtis: quibus poteris manifeſtè cognoſcere, ſermones non erraſſe noſtros. Et hæc experimenta erunt tibi penitùs nota. Et primò narrabimus huius magiſterij principia ſeu modos operandi, incipientes à ſublimatione: dehinc verò ſecundùm ordinem prout videbitur expedire; dicemus.

De sublimatione in genere.
CAPVT. XLII.

PRosequentes igitur nostrum propositum, dicimus quòd causa inuẽtionis sublimationis fuit hæc: quia nõ inuenerunt antiqui, neque nos, nec etiam qui post nos erũt aliquid aliud, quod vniretur corporibus, nisi spiritus solos: vel aliquod, quod naturam corporis & spiritus in se contineret. Et hos spiritus proiectos super corpora sine illorum præparatione, viderunt, vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrumpere & denigrare: Et hoc secundùm diuersitatem illorum spirituum. Quidam enim ex spiritibus sunt adurentes & denigrantes, vt sulphur, arsenicum & marchasita. Et hi quidem corrumpunt & defedant corporam ex toto. Alij verò non adurunt, sed ab igne similiter fugiunt, vt est omne genus tutiæ & argentum viuum, & hĩ quidem imperfectos colores dant. Ratio autẽ illorum omnium est, quoniam

niam quæ aduruht & denigrant, du-
plici de causa hoc faciunt. Prima est,
quia vnctuositas illorum adustiua, de
cuius proprietate est de facili inflam-
mari, & per consequens denigrare, ab
eis non est ablata. Altera verò causa
est terreitas quæ ab eis similiter ab-
lata non fuit. In his autem, in quibus
non datur perfectus color, est causa
sola terreïtas, liuidum creans in pro-
iectione colorum; Ideoque ingeniati
sumus hos spiritus mundare ab vn-
ctuositate quæ est causa adustionis, &
terrea feculentia liuiditatem addu-
cente. Et ad hoc per nullum magi-
sterium potuimus peruenire, nisi per
solam sublimationem. Ignis enim
cum eleuat, subtiliores partes semper
eleuat: dimittit ergo grossiores. Ex
hoc patet per sublimationem spiri-
tus à terreïtate mundari: quæ & in-
gressionem impediebat, & similiter
colorem imperfectum dabat. Expe-
rientiâ verò patet per visum illos ab
ea per sublimationem absolutos esse,

Vides enim eos per ſublimationem ſplendidiores & magis peruios, & facilùs corporum denſitatem ſubintrare & penetrare: & non fedum colorem, vt priùs ante eorum ſublimationem facere. Quod verò per ſublimationem aduſtio remoueatur, patet ſimiliter experimento manifeſto: quoniam arſenicum, quod priùs ante ſublimationē impium erat ad combuſtionem, poſt eius ſublimationem inflammari ſe nō permittit: ſed ſolumodo ſine inflammatione recedit ab igne: Et hoc idem in ſulphure (ſi experieris) inuenies. Quia ergo, vt prædiximus, in nullis alijs quàm in ſpiritibus vidimus adhærentiam & ingreſſionem in corporibus cum alteratione: per nulla alia fuimus ab eis excuſati quin neceſſarium fuerit, illos præparare, cum mundatione illorum quæ per ſublimationem perficitur. Ideoque hæc fuit cauſa neceſſaria ſuæ inuentionis. Expedit igitur nos totum eius ordinem & modū ſine diminutione aliqua narrare.

De

De sublimatione sulphuris & arsenici. CAP. XLIII.

Sublimatio est rei siccæ per ignem cum adhærentia sui vasis eleuatio. Sublimatio verò diuersificatur propter diuersitatem spirituum sublimãdorum. Quędam enim fit cum ignitione: quædam verò cum igne mediocri: quædam verò cum igne lento & remisso. Si igitur sublimetur Sulphur & Arsenicum, necesse est ea per lentum & remissum ignem sublimari. Quoniã cum habeant partes subtilissimas coniunctas vniformiter & fortissimè grossas, si per magnam expressionem ignis sublimarentur, ascenderet vtique illorum tota substantia sine diuisione aliqua vel purificatione, imo denigrata & combusta. Vt igitur separet quis immundam terream substantiam, necesse est inuenire duorum generum ingenia, proportionem scilicet ignis & mũdificationem cum commixtione fecũ: quoniam commixtio spirituum sublimandorum cum fecibus, partes com-

prehendit grossas, & tenet illas secum in aludel fundo depressas: nec eas ascendere permittit. Vnde & necesse est artificem triplicem ignis gradum proportionalem sublimando administrare. Vnum talem, quod per eum ascendant alterata & munditiora & lucidiora, donec per hoc manifestè viderit ipsa mundari à terrea feculentia admixta. Alium verò gradum ignis talem administret, vt quod in fecibus per primam sublimationem remansit de pura illorum essentia, sublimetur cum maiori expressione ignis: videlicet cum ignitione aludel & ipsarum fecum, quam videre poterit artifex manifestè oculis suis. Tertius verò gradus est, vt administretur ignis debilissimus sine fecibus ei quod sublimatum est à fecibus: & quod iam depuratum est, ita quod vix aliquid de illo ascendat; & quod per talem calorem ascendet de illo, fit res subtilissima, quæ huic operi nihil valet: quia in istis spiritibus sulphure & arsenico illa

res

es subtilissima est causa facilis inflammationis & adustionis. Est igitur tota sublimationis illorum intentio hæc: vt remota terreitate immunda illius per ignis administrationem debitam, & abiecta similiter ex ea subtilissima & fumosa illius parte, quæ adustionem cum corruptione adducit: relinquatur nobis pars illa, quæ in æqualitate consistit, & quæ simplicem fusionem super ignem faciat, sine adustione aliqua, vel de igne fugiente sine inflammatione illius. Probatio autem quod subtilissimum sit adustibium, manifestissimis arguitionibus probatur: quoniam ignis ad suam conuertit naturam vnumquodque eorum quod magis affine illi est. Sed ex vnaquaque re adustibili magis affine est, quod ex illa est subtile, & adhuc magis affine est, quod subtilius est. Ergo & maximè affine subtilissimum est. Ab experientia similiter notum est: quoniam sulphur vel ar-

ſenicum non ſublimatum velociſſimè inflammatur. Sulphur tamen faciliùs. Sublimatum verò directè non inflammatur: ſed liqueſcit & volat & extenuatur ſine inflammatione, præcedēte tamen fuſione. His itaque patet ſermonem noſtrum veridicum eſſe. Probatio autem adminiſtrationis fecum cum proportione ſua, eſt vt eligatur materia cum qua magis conueniant ſpiritus ſublimandi, & cui permiſceantur profundiùs. Quoniam illa, cui magis vniuntur, potentior eſt in retentione fecum ſublimandorum, quàm cui non. Huius rationabilis ſatis eſt manifeſta probatio. Probatio verò quod neceſſaria ſit fecum adminiſtratio, eſt: quia ſi non coniungerentur ſulphur vel arſenicum ſublimandum cum fece alicuius rei fixæ, tūc neceſſe eſſet cum tota ſui ſubſtantia aſcendere non mūdata, & tunc non fieret aliqua diuiſio puri ab impuro. Expertus enim ſcit nos verum dicere, & qui in ſublimationibus exercitati ſunt. Probatio verò

quod

quod necessaria sit talium fecum admistratio cum quibus hi duo spiritus sublimandi conueniant, & cum ipsis vniantur in profundo suo; quia si feces secum non vnirentur in profundo suo, tunc idem contingeret, ac si fecem nõ haberent: quia ascẽderet tota illorum substantia sine separatione aliqua. Experientia enim scit verum hoc esse, qui hoc vidit & nouit: Quoniam cum sublimasset absque fecibus vel cum fecibus, cũ quibus spiritus sublimandi non vniebãtur in profundo, in vanum laborauit, & nullo modo depuratum opus inueniet post ascensionem illorum. Si verò cum calce alicuius corporis sublimauit, perfectè mundare potuit cum facilitate. Est enim cum illis facilis operationis sublimatio: A rebus autem aliis vel sine fecibus difficilima. Non est ergo aliquid quod locum illorum possit obtinere. Non autem dicimus sublimationem omnino impossibilem fore sine calcibus corporum: sed dicimus eam difficilimam,

& longissimi laboris, vsque in desperationem. Sed in hoc tantum bonitatis habet, quoniam quod sublimatur absque fecibus, vel sine corporum calcibus, est quantitatis multæ: quod verò cum fecibus minoris. Adhuc verò & quod cum corporum calcibus minimæ est quantitatis: sed facillimi, & laboris breuissimi. illud verò quod plus nos excusat à susceptione fecum corporum, est omne genus salis pręparati, & his similia in natura: Et est cum eis sublimatio multæ quantitatis & facilis ab eis & fecibus sublimandi separatio per salium solutionem, quod in nullis aliis contingit. Proportio autem fecum est, vt quantitas fecũ quantitati sublimandorum æquetur. In hoc enim rudis artifex errare non poterit; mediocrem verò & exercitatum artificem, ponere medietatem ponderis sublimandorum de fecibus expedit, & sufficiens esse contingit: Et in hoc errare non debet. Exercitato verò & maximè experto, minima illarum pars respe-

respectu sublimandorũ sufficit. Quantò enim feces administrati sunt minori quantitate, tantò & maioris exuberantiæ sublimationem esse contingit: Dummodo tamen secundùm proportionem subtractionis fecum, fiat proportionalis illi subtractio ignis. In parua enim quantitate, paruus ad perfectionem sublimationis ignis administret; in magna magnus; in maiori verò maximus. Sed quoniam non est res ignis mensurabilis, ideoque contingit in illo errare sæpissimè: tum quia exercitatus artifex non est, tum etiam ex diuersitate proportionis fecum, tum ex diuersitate fornacis & lignorum applicatione, & similiter vasorum, & coaptatione illorum in furno. De quibus omnibus expedit artificem esse cautum, attentum, & sollicitum. Communem tamen tibi tra-demus regulam. Quoniam in primis expedit cum paruitate ignis, solam aqueïtatẽ exsublimãdis exprimere, qua remo-

remota, si quod ascẽdit per illum ignẽ debilem, non subitò sed paulatim augeatur ignis regimen, vt sic per debilissimum ignẽ subtilissima pars remoueatur & seorsum ponatur vel proijciatur: quæ est causa adustionis. Cum autem iam modicum vel nihil magnũ per illum ascenderit, (Quod experiri poterit cum intromissione licinij vel calami cum bombyce vel lana, & eum inuolutum per foramen in summitate aludel immissum) vigoretur ignis sub eo. Et qualiter vigor debeat esse ignis, tibi experientia licinij ostendet. Si enim parum de sublimando adhæserit licinio, aut si purũ & mundum fuerit, scio quod adhuc paruus est ignis, augeatur igitur: Si verò multum & immundum licinio adhęserit, tunc superfluus & excessiuus est, subtrahatur igitur. Si verò multum & mundum, proportio iam inuenta est. Quanti enim vigoris ignis debeat esse experientia licinij te docebit; imundum vel mundum per extractionem licinij, quod in fora-

foramē aludel positum est. Secundùm enim quam quantitatem mundiciam vel immundiciam ex sublimando respexerit artifex adhæsisse licinio, syllogisare poterit, & in tota sublimatione necessariò proportionalem ignem, & ex hoc ignis rectificationem inueniet sine fallacia. Melior verò modus administrationis fecum est, vt sumantur ferri squamæ, vel æris combusti. Hæc enim propter priuationem multæ humiditatis, de facili ipsum sulphur aut arsenicum sublimandum sibi imbibūt, & fecum magis vniuntur. Huius autem veritatem scit exercitatus solus.

De quantitate fecum, dispositione fornacis, materia & qualitate vasorum. in prædictis sublimandis.

CAPVT XLIIII.

EXpedit ergo certificare artificem in omnibus, in quibus cōtingit errare de facili in horum duorum spirituum sublimatione. Dicimus igitur, quod si multas feces posuerit, tunc si non augmentauerit ignem proportionalem,

nalem, nihil ſibi ex ſublimando aſcendet. Quomodo autem ignis proportionem inueniat, iam tibi ſufficienter narratum eſt. Et ſi paucam ſecum quantitatem: vel non ex metallorum calce poſuerit, tunc ſi ignis proportionem non inuenerit, aſcendet ſublimandum cum tota ſubſtantia abſque mundatione. Et huius tradidi ſimiliter inuentionem ſufficientem. Ex fornace verò ſimiliter ſæpe contingit errare. Nam magna fornax fortem & magnum dat ignem, paruum verò parua: ſi ligna & foramina auricularum eius proportionentur. Si igitur poſuerit multam rei ad ſublimandum quantitatem in paruam fornacem, ignem eleuationis ſufficientem non poterit exhibere. Si verò paucam quantitatem in magnam fornacem poſueris, ſublimationem exterminabis in fumum, propter ignis exceſſum. Similiter verò ſpiſſa fornax conculcatum & fortem dat ignem: tenuis verò rarum & debilem: in qui-
bus

bus similiter errare contingit. Similiter verò & cum spaciosis auriculis furnus & clarum & magnum dat ignem, cum strictis verò debilem. Item si magna fuerit vasis in coaptatione ad furnum distantia à spondilibus eius, magnum dabit ignem: si verò minor, minorem. In quibus omnibus contingit errare sæpissime. Rectificatio ergo horum est, vt furnus scilicet construatur secundùm intentionem ignis quam quærit: spissus scilicet cum liberis auriculis, cum distantia vasis aludel multa à spondilibus furni, si magnum quærit ignem. Si verò mediocrem, mediorem in his omnibus inueniat proportionem: si verò debilem, proportionem in his eandem inueniat. Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cũ proportione vera & experientia determinata. Si igitur volueris multam sublimationis quantitatem eleuare, tunc vas aludel tantæ capacitatis inuenias quod illam suscipiat super fundum,

ad ele

ad eleuationem vnius palmæ: Ad illud coaptes furnum quod suscipiet aludel in medio sui, cum distantia parietum suorum per duos digitos vel plus. Et furno facto, facias illi auriculas æquè distantes sibi inuicẽ proportione vna, vt debita quãtitas ignis ad omnes partes furni æqualiter circumfundatur. Dehinc vero stipite ferreo in medio fornacis ex transuerso in spondilibus eius firmato, qui à fundo fornacis distet ad extensionem vnius palmæ cum pollice suo, & ad spissitudinem vnius digiti: Super eo firmetur vas aludel, & coniungatur ad furnum. Et fiat ignis in ipso. Tunc enim si benè & liberè se expediuerit de fumositatibus, & flamma liberè per totum furnum se diffuderit in circuitatu aludel, tum benè proportionatus est. Si verò non, tunc dilata eius auriculas, secundùm quod tibi videbitur, & accendatur iterum ignis in eo: Et si emendatur, benè quidem: Si verò non, tunc necessariò relinquitur, quod distantia aludel à parietibus

nimis

nimis parua est. Radantur ergo parietes furni, & amplietur distantia, & postea iterum tentetur. Reïteretur ergo ampliatio auricularum & rasura parietum, quousqne liberè se absoluat à fumo, & flamma in circuitu aludel sit lucida, & liberè per auriculas exeat. Ista enim est sufficiens experientia ad omnem sublimandorum quãtitatem, quo ad proportionem inuentionis magnitudinis furni, & dilatationis auricularum eius, cum distantia aludel à parietibus eius. Intentio verò spissitudinis furni est, quod si quæsieris magnum ignem, maior spissitudo illius sit, ad mensuram extensionis palmæ cũ pollice suo: si verò mediocrem ad mensuram quatuor digitorum vel minus: Si verò minorem, ad spissitudinem duorum digitorum formetur. Similiter verò in lignis seruetur proportio: quoniam ligna solida fortem dant ignem, spõgiosa verò debilem, item sicca magnum & citò terminabilẽ, viridia vero paruum & diu durabilem. Ex conside-

prehendit grossas, & tenet illas secum in aludel fundo depressas: nec eas ascendere permittit. Vnde & necesse est artificem triplicem ignis gradum proportionalem sublimando administrare. Vnum talem, quod per eum ascendant alterata & munditiora & lucidiora, donec per hoc manifestè viderit ipsa mundari à terrea feculentia admixta. Alium verò gradum ignis talem administret, vt quod in fecibus per primam sublimationem remansit de pura illorum essentia, sublimetur cum maiori expressione ignis: videlicet cum ignitione aludel & ipsarum fecum; quam videre poterit artifex manifestè oculis suis. Tertius verò gradus est, vt administretur ignis debilissimus sine fecibus ei quod sublimatum est à fecibus: & quod iam depuratum est, ita quod vix aliquid de illo ascendat; & quod per talem calorem ascendet de illo, fit res subtilissima, quæ huic operi nihil valet: quia in istis spiritibus sulphure & arsenico illa

res subtilissima est causa facilis inflammationis & adustionis. Est igitur tota sublimationis illorum intentio hæc: vt remota terreïtate immunda illius per ignis administrationem debitam, & abiecta similiter ex ea subtilissima & fumosa illius parte, quæ adustionem cum corruptione adducit: relinquatur nobis pars illa, quæ in æqualitate consistit, & quæ simplicem fusionem super ignem faciat, sine adustione aliqua, vel de igne fugiente sine inflammatione illius. Probatio autem quod subtilissimum sit adustiuum, manifestissimis arguïtionibus probatur: quoniam ignis ad suam conuertit naturam vnumquodque eorum quod magis affine illi est. Sed ex vnaquaque re adustibili magis affinè est, quod ex illa est subtile, & adhuc magis affine est, quod subtilius est. Ergo & maximè affine subtilissimum est. Ab experientia similiter notum est: quoniam sulphur vel ar-

ſenicum non ſublimatum velociſſimè inflammatur. Sulphur tamen faciliùs. Sublimatum verò directè non inflammatur: ſed liqueſcit & volat & extenuatur ſine inflammatione, præcedēte tamen fuſione. His itaque patet ſermonem noſtrum veridicum eſſe. Probatio autem adminiſtrationis fecum cum proportione ſua, eſt vt eligatur materia cum qua magis conueniant ſpiritus ſublimandi, & cui permiſceantur profundiùs. Quoniam illa, cui magis vniuntur, potentior eſt in retentione fecum ſublimandorum, quàm cui non. Huius rationabilis ſatis eſt manifeſta probatio. Probatio verò quod neceſſaria ſit fecum adminiſtratio, eſt: quia ſi non coniungerentur ſulphur vel arſenicum ſublimandum cum fece alicuius rei fixæ, tūc neceſſe eſſet cum tota ſui ſubſtantia aſcendere non mūdata, & tunc non fieret aliqua diuiſio puri ab impuro. Expertus enim ſcit nos verum dicere, & qui in ſublimationibus exercitati ſunt. Probatio verò

quod

quod necessaria sit talium fecum admistratio cum quibus hi duo spiritus sublimandi conueniant, & cum ipsis vniantur in profundo suo; quia si feces secum non vnirentur in profundo suo, tunc idem contingeret, ac si fecem nō haberent: quia ascēderet tota illorum substantia sine separatione aliqua. Experientia enim scit verum hoc esse, qui hoc vidit & nouit: Quoniam cum sublimasset absque fecibus vel cum fecibus, cū quibus spiritus sublimandi non vniebātur in profundo, in vanum laborauit, & nullo modo depuratum opus inueniet post ascensionem illorum. Si verò cum calce alicuius corporis sublimauit, perfectè mundare potuit cum facilitate. Est enim cum illis facilis operationis sublimatio: Aliis autem aliis vel sine fecibus difficilima. Non est ergo aliquid quod locum illorum possit obtinere. Non autem dicimus sublimationem omnino impossibilem fore sine calcibus corporum: sed dicimus eam difficilimam,

& longissimi laboris, vsque in desperationem. Sed in hoc tantum bonitatis habet, quoniam quod sublimatur absque fecibus, vel sine corporum calcibus, est quantitatis multæ: quod verò cum fecibus minoris. Adhuc verò & quòd cum corporum calcibus minimæ est quantitatis: sed facillimi, & laboris breuissimi. illud verò quod plus nos excusat à susceptione fecum corporum, est omne genus salis pręparati, & his similia in natura: Et est cum eis sublimatio multæ quantitatis & facilis ab eis & fecibus sublimandi separatio per salium solutionem, quod in nullis aliis contingit. Proportio autem fecum est, vt quantitas fecũ quantitati sublimandorum æquetur. In hoc enim rudis artifex errare non poterit; mediocrem verò & exercitatum artificem, ponere medietatem ponderis sublimandorum de fecibus expedit, & sufficiens esse contingit: Et in hoc errare non debet. Exercitato verò & maximè experto, minima illarum pars

respectu sublimandorũ sufficit. Quantò enim feces administrati sunt minori quantitate, tantò & maioris exuberantiæ sublimationem esse contingit: Dummodo tamen secundùm proportionem subtractionis fecum, fiat proportionalis illi subtractio ignis. In parua enim quantitate, paruus ad perfectionem sublimationis ignis administret; in magna magnus; in maiori verò maximus. Sed quoniam non est res ignis mensurabilis, ideoque contingit in illo errare sæpissimè: tum quia exercitatus artifex non est, tum etiam ex diuersitate proportionis fecum, tum ex diuersitate fornacis & lignorum applicatione, & similiter vasorum, & coaptatione illorum in furno. De quibus omnibus expedit artificem esse cautum, attentum, & sollicitum. Communem tamen tibi tra-demus regulam. Quoniam in primis expedit cum paruitate ignis, solam aqueitatẽ exsublimãdis exprimere, quã remo-

remota, si quod ascēdit per illum ignē debilem, non subitò sed paulatim augeatur ignis regimen, vt sic per debilissimum ignē subtilissima pars remoueatur & seorsum ponatur vel proijciatur: quæ est causa adustionis. Cum autem iam modicum vel nihil magnū per illum ascenderit, (Quod experiri poterit cum intromissione licinij vel calami cum bombyce vel lana, & eum inuolutum per foramen in summitate aludel immissum) vigoretur ignis sub eo. Et qualiter vigor debeat esse ignis, tibi experientia licinij ostendet. Si enim parum de sublimando adhæserit licinio, aut si purū & mundum fuerit, scio quod adhuc paruus est ignis, augeatur igitur: Si verò multum & immundum licinio adhęserit, tunc superfluus & excessiuus est, subtrahatur igitur. Si verò multum & mundum, proportio iam inuenta est. Quanti enim vigoris ignis debeat esse experientia licinij te docebit; imundum vel mundum per extractionem licinij, quod in

fora-

foramẽ aludel positum est. Secundùm enim quam quantitatem mundiciam vel immundiciam ex sublimando respexerit artifex adhæsisse licinio, syllogisare poterit, & in tota sublimatione necessariò proportionalem ignem, & ex hoc ignis rectificationem inueniet sine fallacia. Melior verò modus administrationis fecum est, vt sumantur ferri squamæ, vel æris combusti. Hæc enim propter priuationem multæ humiditatis, de facili ipsum sulphur aut arsenicum sublimandum sibi imbibũt, & secum magis vniuntur. Huius autem veritatem scit exercitatus solus.

De quantitate fecum, dispositione fornacis, materia & qualitate vasorum in prædictis sublimandis.

CAPVT XLIIII.

EXpedit ergo certificare artificem in omnibus, in quibus cõtingit errare de facili in horum duorum spirituum sublimatione. Dicimus igitur, quod si multas feces posuerit, tunc si non augmentauerit ignem proportionalem,

nalem, nihil ſibi ex ſublimando aſcendet. Quomodo autem ignis proportionem inueniat, iam tibi ſufficienter narratum eſt. Et ſi paucam fecum quantitatem: vel non ex metallorum calce poſuerit, tunc ſi ignis proportionem non inuenerit, aſcendet ſublimandum cum tota ſubſtantia abſque mundatione. Et huius tradidi ſimiliter inuentionem ſufficientem. Ex fornace verò ſimiliter ſæpe contingit errare. Nam magna fornax fortem & magnum dat ignem, paruum verò parua: ſi ligna & foramina auricularum eius proportionentur. Si igitur poſuerit multam rei ad ſublimandum quantitatem in paruam fornacem, ignem eleuationis ſufficientem non poterit exhibere. Si verò paucam quantitatem in magnam fornacem poſueris, ſublimationem exterminabis in fumum, propter ignis exceſſum. Similiter verò ſpiſſa fornax conculcatum & fortem dat ignem: tenuis verò rarum & debilem: in quibus

bus similiter errare contingit. Similiter verò & cum spaciosis auriculis furnus & clarum & magnum dat ignem, cum strictis verò debilem. Item si magna fuerit vasis in coaptatione ad furnum distantia à spondilibus eius, magnum dabit ignem: si verò minor, minorem. In quibus omnibus contingit errare sæpissime. Rectificatio ergo horum est, vt furnus scilicet construatur secundùm intentionem ignis quam quærit: spissus scilicet cum liberis auriculis, cum distantia vasis aludel multa à spondilibus furni, si magnum quærit ignem. Si verò mediocrem, mediorem in his omnibus inueniat proportionem: si verò debilem, proportionem in his eandem inueniat. Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cū proportione vera & experientia determinata. Si igitur volueris multam sublimationis quantitatem eleuare, tunc vas aludel tantæ capacitatis inuenias quod illam suscipiat super fundum,

ad ele

nimis parua eſt. Radantur ergo parietes furni, & amplietur diſtantia, & poſtea iterum tentetur. Reïteretur ergo ampliatio auricularum & raſura parietum, quouſqne liberè ſe abſoluat à fumo, & flamma in circuitu aludel ſit lucida, & liberè per auriculas exeat. Iſta enim eſt ſufficiens experientia ad omnem ſublimandorum quãtitatem, quo ad proportionem inuentionis magnitudinis furni, & dilatationis auricularum eius, cum diſtantia aludel à parietibus eius. Intentio verò ſpiſſitudinis furni eſt, quod ſi quæſieris magnum ignem, maior ſpiſſitudo illius ſit, ad menſuram extenſionis palmæ cũ pollice ſuo: ſi verò mediocrem ad menſuram quatuor digitorum vel minus: Si verò minorem, ad ſpiſſitudinem duorum digitorum formetur. Similiter verò in lignis ſeruetur proportio: quoniam ligna ſolida fortem dant ignem, ſpõgioſa verò debilem, item ſicca magnum & citò terminabilẽ, viridia vero paruum & diu durabilem. Ex conſide-

ſum: De alia enim materia non valet, niſi fortè ſimilis ſit ſubſtantiæ cum vitro. Solum enim vitrum, cum poris careat, ſufficiens eſt ſpiritus tenere ne fugiant, & exterminentur ab igne. Alia autem materia nulla: quia per poros eorum ſucceſſiuè diminuuntur & euaneſcunt ſpiritus. Nec etiam metalla in hoc valent; quoniam ſpiritus propter affinitatem, cum illis vniuntur. Quare per illa tranſeuntes ſucceſſiuè euaneſcerent: quod per ea quæ à nobis determinata ſunt, apertè probari poteſt. Neceſſariò & experientiâ repertum eſt hoc nos verum dixiſſe. Ergo per aliquod aliud non excuſamur à ſuſceptione vitri in compoſitione aludel. Fiat ergo concha vitrea rotũda, cuius fundus ſit paruæ concauitatis: & in medio ſpondilium eius formetur Zona vitrea circumdãs eam; & ſuper illam Zonam fundetur paries rotundus æquediſtans à compto pariete ad groſſitudinem cooperculi

ipſius conchæ : ita quod in diſtantia hac cadat paries coopertorij largè ſine preſſura. Altitudo verò huius parietis ſit ad menſuram altitudinis parietis conchæ, aut parùm plus, aut parùm minùs. Formentur verò duo coopertoria ad menſuram huius concauitatis duorũ parietum æqualia, quorum longitudo ſit æqualis, & ſit vnius ſpannæ, & figura eorum figura vna, ſcilicet piramidalis: in quorum capitibus duo æqualia ſint foramina; vnum ſcilicet in vno, alterum in altero, in quibus ambobus poſſit cadere maior gallinæ penna: vt hîc & paulò poſt clariùs cernere licebit. Eſt ergo tota vaſis intentio, vt poſſit moueri ſecundùm artificis voluntatem coopertorium illius: & quod iunctura ſit ingenioſa, per quam, cum opus fuerit, ſine lutatione aliqua, nõ pateat ſpiritibus egreſſio. Qui ergo in hoc poteſt magis ingeniari, non excuſet ſe ab hoc per noſtram traditionem. Et eſt ſpecialis intentio ſuper hoc, ſcilicet vt concha inferior cum ſpon-

ſpondilibus ſuis vſque ad mediũ ſubintret cooperculum ſuum. Cum enim fumorum ſit aſcendere,&non deſcendere; per hoc inuenimus inuentione illa, ſpiritus non habere ad conſumptionem exitum: & hunc modum inuenimus prȩcellere omnes alios quos inuentione noſtra quæſiuimus. Et hoc experiendo videbunt nos verum per hoc æſtimaſſe. Intentio verò vna in omni ſublimatione eſt,vt ſæpiſſimè euacuetur aludel ſeu cooperculũ, ne præ nimia ſublimatorum multiplicatione in concha, cadant & ad illius fundum præcipitentur; & retineat te multitudo reiterationis ſublimationis occupatum longo tempore. Eſt & intentio alia,vtſemper ſeorſum ſeparetur quod ſurſum ad propinquitatem foraminis capitis aludel videtur aſcẽdiſſe in puluerem:& quod fuſum & dẽſum in fruſtis & apud fundum aludel peruium & clarum cum adhærentia ad vaſis ſpondilia conſcendiſſe inuentum fuerit: quoniam hoc minus habet de adu-

ſtione, quàm quod prope foramen reperitur ſcandiſſe. Hoc autem in ſuperioribus aperta probatur ratione & experimento. Probatio verò bonitatis & perfectionis ſublimationis eſt, vt inueniatur clara & lucida, & non aduratur, nec inflammetur. Hæc eſt ergo perfecta intentio ſublimationis horum duorum ſpirituum ſulphuris videlicet & arſenici. Et ſi non inuenta eſt ſic, reiteretur opus ſuper illa, cum cõſideratione omnium ſuarum intentionum, quouſque ſic inueniatur.

De ſublimatione Mercurij.

CAPVT XLV.

NVnc vero totam intentionem argẽti viui ſublimationis reſtat narrare. Eſt igitur completa ſumma illius depuratio terreitatis & remotio aqueïtatis illius. Excuſamur enim à labore eius aduſtionis remotionis, quoniam eam non habet. Dicimus igitur quod ingenium ſeparationis ſuperfluæ terræ ipſius eſt, ipſum commiſcere cum feci-

fecibus, cum quibus affinitatem habet, & sublimationem eius reiterare ab eis multotiens. Et harum genus est Talek & Calx corticum ouorum & marmoris albi combusti, & vitrum minutissimè tritum, & salis omne genus præparatum. Ab istis enim mundatur: Ab his autem cum quibus conuenit, nisi sint in perfectione corpora non mundatur, sed corrumpitur potius & denigratur: quia sulphureitatem habent omnia talia combustibilem: quæ ascendens cum eo in sublimatione ipsum corrumpit. Et hoc per experientiam vides: quia si sublimaueris illud à Stanno vel à plumbo, ipsum post sublimationem inuenies infectũ nigredine. Ergo melior est eius sublimatio per ea cum quibus non cõuenit in natura. Cum melior esset sublimatio à rebus sibi conuenientibus, si sulphureitatẽ non haberent, propter rationes prædictas: quia cum illis meliùs vniretur & magis perfectè mundaretur. Ideoque à Talck melior

eſt ſublimatio, quàm à rebus omnibus: quoniam illa parùm conuenit, & ſulphureïtatem non habet. Modus verò remotionis aqueïtatis ſuæ ſuperfluæ, eſt, vt quando commiſcetur calcibus à quibus ſublimari debet: teratur, & cõmiſceatur cum illis cum imbibitione aceti vel alterius rei conſimilis, quouſque de illo nihil appareat: & poſtea ſuper ignem lentiſſimum aqueïtas imbibitionis remoueatur: qua recedẽte, & ſecum argenti viui aqueïtas recedit. Sit tamen ignis tam lentiſſimus, vt per eum argenti viui tota ſubſtantia non aſcendat. Et multiplici igitur reïteratione imbibitionis cum contritione & leni aſſatione aqueïtas illius maior deletur: cuius reſiduum per ſublimationis reïterationem remouetur. Et cum videris illud albiſſimum, præexcellens niuem albedine ſua, & quaſi mortuum aludel ſpondilibus adhærere, tunc ſuper ipſum reïtera ſublimationẽ ſuam ſine fecibus: quoniam adhæret pars illius fixa cum fecibus, & nunquam per inge-

ingeniorum genus aliquod ab illis separari posset. Aut postea aliquam partem illius figas: Et modū fixionis eius in sequentibus narratam tibi expresse trademus. Et cum fixeris illam: tunc reitera sublimationem residuæ partis super eam: vt illa similiter figatur: & serua quod tentabis super ignem, si fusionem bonam dederit, tunc sufficientem sublimationem partis non fixę reuelasti. Si verò non, tunc adde illi de argento viuo sublimato non fixo partem aliquam: & reitera sublimationē, donec fiat fusibile. Et si lucidum albissimum habuerit colorem & peruium, tunc perfectè sublimasti & mundasti: Si non, non. Igitur ne sis in mundatione illius, quæ per sublimationem fit, negligens: quoniam qualis erit mundatio; talis & perfectio per aliud sequitur in proiectione illius super vnūquodque imperfectorum corporum: & super ipsum viuum non præparatū. Vnde & quosdam per illud contingit ferrum, quosdam verò cōtingit plum-

bum, & quosdam per illud venerem, & quosdam stannum formare: Quod contingit propter purificationis negligentiam, quandoque illius solius, quandoque ipsius sulphuris sibi admixti, & eius comparis. Si igitur directè sublimando mundaueris, & illud perfeceris, erit albedinis tinctura firma & vera, cui non est par.

De sublimatione Marchasitæ.

CAPVT XLVI.

SVfficienter iam sublimationis summam argenti viui tradidimus. Nunc ad ipsius Marchasitæ sublimationem transeamus. Dicimus ergo quod marchasitæ duplex sit sublimatio. Prima enim sine ignitione aludel perficitur. Alia verò cum ignitione, & hoc ideo quia habet in se duplicē substātiam: vnam scilicet sulphur purum nō fixum in natura sua: aliam verò argentum viuum fixum & mediocriter præparatum. Prima vtilis est, sicut sulphur: secunda verò vtilis, vt argentum mortificatum, & mediocriter præparatum.

Assu-

Aſſumamus igitur hanc vltimam ex eo ſubſtantiam: quoniam per illam excuſamur à ſuſceptione argenti viui, & à labore mortificationis eius. Eſt igitur totus modus ſublimationis illius, vt teratur, & in aludel ponatur, & ſublimetur ſine ignitione totum ſulphur eius, ſemper remouendo quod ex ea ſublimatum eſt ſæpiſſimè, propter cauſam dictam: & ſic augendo ſucceſſiuè ignis vigorem vſque ad ignitionem aludel & eius marchaſitæ. Et prima ſublimatio marchaſitæ debet fieri in vaſe ſublimationis quouſque ſulphur receſſerit; & poſtea in iſto ſucceſſiuè & ordinatè procedere, quouſque totum quod in ea de ſulphure conſtat exierit. Quod probare poteris his manifeſtis experientiis. Nam cum totum illius ſulphur fuerit eleuatum, videbis colorem eius quod poſtea ſublimatur in albiſſimũ mixto cœleſtino colore clariſſimo mutari. Aliter etiam experiri poteris: quoniam quod eſt de ſulphuris natura comburetur, & flammam

mam emittet vt ſulphur: quod verò ſecundò ſublimatur cum totum ſulphur eleuatum fuerit, nec inflammabitur, nec proprietates ſulphuris oſtendet aliquas: ſed viui argenti mortificati in ſublimationis reiteratione. Illud ergo colligamus per ſuum ſublimationis modum: qui eſt vt fiat vas terreum ſolidiſſimum & benè coctum ad longitudinem mediæ ſtaturæ virilis, ad latitudinem verò per quam manus ſubintrare poſſit: Et fiat fundus eius qui ſeparari & coniungi poſſit ad ſimilitudinem vnius planæ parapſidis profundæ multùm: Et menſuretur ab orificio illius vaſis vſque prope fundum, ad menſuram longitudinis vnius manus cum digitis ſuis: Et de illo loco vſque ad caput eius vitrificetur interius vas vitrificatione firma & ſpiſſa multum: Et ſuper caput illius ponatur alembicus cum lato naſo. In tali enim vaſe ſublimatur illud. Coniungatur igitur fundus in vaſe ſuo per lutum firmæ tenacitatis: & ſuper ipſum fundun ſpargatur

gatur marchasita : & super caput vasis alembicus lati nasi : & ponatur in furnum, de cuius proprietate sit fortem ignitionem dare, fusionis scilicet argenti Vel veneris, si artifex indiguerit: Quæ posuimus in summa nostri operis, vbi diuersitates omnium instrumétorum narrabimus tibi sufficienter. Et caput furni circumdans cum rota habente foramen in medio sui ad magnitudinem vasis, per quod illud vas intrare possit. Et luta iuncturas in circuitu vasis & furni, ne ignis exiens impediat te, & sublimationis adhærentiam, relictis tantum decem fenestris paruis in rota, quæ cum necesse fuerit, claudi & aperiri possint, per quas similiter quandoque mittantur carbones in furnum : & in lateribus fornacis similiter aliæ decem sub illis intermediis, per quas & similiter carbones mittantur: & sex vel octo foraminibus ad magnitudinem digiti minoris relictis, quæ nunquam claudantur, vt per illa furnus à fumositatibus se liberè

possit

nationis. Hæc autem nouit ille, qui cum ſublimaſſet in breuibus aludel, nihil de ſublimato inuenit: quoniam propter breuitatem vaſis, æqualis fuit per totum ipſum calor ignis. Ideoque in fumi ſubſtantiam conuerſum ſublimandum ſtetit, & non lateri adhæſit: ſed ſucceſſiuè per poros vaſis euanuit. Vas ergo in omnibus ſublimandis ad maiorem ſui partem in locum ſui refrigerij extendatur. Cauſa verò vitrificationis vaſis eſt, ne fumi aſcendentes poroſum inueniant aludel parietem, & per illum penetrantes recedant. Vitrificatur ergo locus adhærentiæ illorum, ne inueniant viam fugæ. Fundus verò aludel & circa non vitrificatur: quoniam ipſius fundus in magna ignitione conſiſtit, quæ vitrificationem ipſius funderet: qua fuſa totum ſublimandum funderetur & vitrum fieret. Eſt enim vitri proprietas, omnia vincere & ad ſuam naturam conuertere. His igitur omnibus

bus consideratis cum causis suis, fiat ignis sub aludel quousque certificatus fueris experientiâ veridica totum sublimandum ascendisse. Est autem experientia, intromissio baculi terrei benè cocti habentis foramen paruum in capite suo, vsque ad medium eius veniés, ad quantitatem digiti minoris, prope ipsam rem à qua fit sublimatio : Et sic teneatur ad modicum tempus, & tunc extrahatur. Et si foramini aliquid adhæserit ex sublimãdo, certum est quòd nõdum est totum sublimatum : si verò non, sublimatum totum est. Et hac eadem exercitatione in sublimãdis certificari poteris omnibus. Descriptio verò vasis aludel sublimationis marchasitæ vltimæ, & cum fornace, & baculo suæ experientiæ, hæc est.

De sublimatione Magnesiæ, & Tutiæ.

Cap. XLVII.

SVblimationis magnesiæ & tutiæ est eadem intentio cum sublimatione marchasitæ quam narrauimus. Non enim possunt hæc omnia sine igitione

magna

magna sublimari. Ideoq; omnia vnam intentionem sublimationis habent cũ causis eisdem & experientiis eisdem: & habent vnum ordinem generalem: quoniã sine fecibus sublimari debent, quæcunque sublimari cum ignitione contigerit: quoniam in seipsis feces habent sufficientes, imo superfluas, & huius signum est difficilis illorum sublimatio cum magna ignitione. Sublimantur autem omnia corpora à perfectione diminuta hoc eodem ordine, & non cadit diuersitas aliqua, nisi quia ignis sublimationis vehementior est in corporibus quàm in magnesia, marchasita & tutia. Et non diuersificantur similiter corpora in sublimationibus suis: nisi quod quædam indigent admixtione rei subleuantis ea, quædam verò non: & hoc vt facilior fiat eorum eleuatio. Est autem vna tantum specialis in corporum consideratione sublimatio, experientia reperta est bona: videlicet vt in fundo aludel non sit multa corporis sublimandi quantitas:

quoniam multitudo sublimationem impedit,&planities sit in fundo aludel sublimationis,&non cõcauitas:vt possit æqualiter & tenuiter super fundum sparsum corpus, æqualiter & multùm in omnibus suis partibus eleuari. Corpora verò indigentia admixtione rei eleuantis, sunt scilicet Venus & Mars propter suæ fusionis tarditatem. Indiget autem Venus tutiâ: Mars verò arsenico: & cum his eleuantur de facili: eò quod cum eis maximè conueniunt. Fiat igitur post illorum consideratione sublimatio, vt in tutia & similibus: & disponetur eorum sublimatio hoc eodem ordine, vt diximus in marchasita, cum causis suis & experiẽtiis prædictis.

De Descensione. Eliquatio. Fusio.

CAP. XLVIII.

NArratis itaque sublimationis intentionibus cum omnibus causis suis & experientiis: restat nunc descẽsionis modum monstrare, cum causis

suis

ſuis & experientiis, ſimiliter & ſuo ordine determinato & completo. Fuit ergo inuentionis cauſa illius triplex. Prima ſcilicet, vt cum materia aliqua incluſa eſt in illo vaſe, quod vocatur deſcenſorium vel Chimia, poſt fuſionem eius deſcendat per foramen illius: & per eius deſcenſionem ſimus certi fuſionem rectam ſuſcepiſſe. Alia verò cauſa, vt corpora debilia à combuſtione præſeruentur per illam deſcenſionem, poſt reductionem à calcibus eorum. Nam cum à calcibus corpora debilia attentamus reducere, nõ omnem illorum partem tempore vno reducere poſſumus, ſed ſolùm aliquã partem. Si igitur pars illa quæ primò in corpus reducta eſt, reductionem totius expectaret, per ignem euaneſceret maior illius quantitas. Neceſſe igitur fuit ingeniari vt ſtatim cum reducta eſt pars, ab igne remoueatur. Hoc autem per deſcenſorium fieri cõtingit. Tertia cauſa inuentionis huius deſcenſionis fuit corporum depu-

ratio ab omni re extranea. Descendit enim corpus fusum mundum, & omnem rem extraneam in concauitate illius dimittit. His itaque tribus causis perquisitis, narremus modum descensionis cum instrumento suo priùs notificato. Dicimus igitur quod forma eius est quod fundus illius sit acutus: & parietes illius sine scrupulo æqualiter sint terminantes in fundi acuitatē, in forma piramidis rotundę: ita vt possit vnumquodq; fusibilium liberè sine adhærētia ad fundi illius foramen descendere; & coopertorium eius, si necesse fuerit, sit ad similitudinem planæ parapsidis, & benè coniungatur illi, & sint de bona & firma terra, & non de facili per ignis pressurā fusibilis. Mittatur igitur res cuius intentio sit descendere super baculos rotundos ex terra factos & benè coctos: ita vt magis fundo superiori approximent, & cooperiatur cum suo coopertorio, & iunctura firmetur, & super illud ignis de carbonibus ponatur, & super ipsum

suf-

ſuffletur, quouſque tota res deſcendat in vas ſibi ſuppoſitum. Poteſt tamen, ſi res fuerit difficilis fuſionis, poni ſuper tabulam planam, vel paruæ concauitatis, à qua poſſit de facili deſcendere cum inclinatione capitis deſcenſorij, ſi fuſa fuerit; quia ſcilicet ſtabit firmiùs, & diutiùs ignem ſuſcipiet, & meliorem fuſionem dabit, & ſæpiſſimè probari poteſt inclinatione capitis deſcenſorij, vtrum materia fuſa eſt. Purificantur autem per hoc corpora. Sed per paſtillum meliùs purificātur à terreitate ſua per ſuam reductionē à calcibus ſuis: cuius modus purificationis eſt idem cum modo purifications deſcenſorij. Et ideo per illum excuſamur ab eo. Tenet enim feces corporum vt deſcenſorium & meliùs: & ideo narramus modū illius. Dicimus igitur quoniam accepimus corpus de cuius intentione eſt mundari, & illud in grana minutiſſima vel limaturam vel in calcem, quod perfectius eſt, redigimus, & ei commiſcemus calcem aliquam de

cuius intentione non ſit fundi. Deinde totum illud ponatur in deſcenſoriũ & fundatur igne fortiſſimo, quouſque totũ corpus reducatur vel maior pars. Inuenimus enim , per illud corpora mundari à multa terreitate , ſed non mundificatione perfecta, quam perfectionem ſcimus eſſe, ſed mundificatione vtili, vt medicina ſuſcepta perfectionis, meliùs & perfectiùs per eam transformentur corpora. Eſt enim administratio præcedens eam. Omnem autem aliam adminiſtrationem ſufficienter in ſequentibus tibi narrabimus. Nunc verò deſcenſorij ponamus deſcriptionem.

De diſtillatione.

CAPVT XLIX.

Conueniens eſt igitur vt ſequentes propoſitum noſtrum ſermonem de diſtillatione tradamus cũ cauſis ſuis. Eſt igitur diſtillatio vaporum aqueorum in ſuo vaſe eleuatio. Diuerſificatur autẽ diſtillatio ſecundùm diuer-

uersitatem rerum distillandarũ. Nam quædam fit per ignem, quædam verò sine igne. Quæ verò per ignem fit, duorum generum inuenta est. Quædam est per eleuationem in alembicum: quædam per descensum chimiæ, qua mediante oleum ex vegetabilibus extrahitur. Et causa generalis inuentionis cuiuslibet distillationis est purificatio liquorũ à fece suæ turbulentiæ & conseruatio illius à putrefactione seu corruptione. Videmus enim rem distillatam quocunque distillationis genere puriorem effici, & meliùs à putrefactione custodiri. Causa verò specialis inuẽtionis illius quæ per ascensum fit in alembico est inquisitio aquæ puræ è feculentia, cuius experientia est nota: quia videmus aquã bis vel ter per alẽbicum distillatã, nullam fecem terreã habere admixtam. Causa inuentionis aquæ puræ fuit imbibitio spirituũ & puluerum medicinarum: vt si quando indigemus imbibitione, aquam puram habeamus; quæ fecem post resolu-

tionem ipſius non dimittat : per quas feces medicinæ noſtræ & ſpiritus mũdati poſſint infici vel corrumpi. Cauſa verò inuentionis eius quæ per deſcenſum fit, fuit olei puri in natura ſua extractio : quia per aſcenſum oleum in natura ſua combuſtibili haberi nõ poterat,& huiuſmodi inquiſitio fuit, ſcilicet, vt color eius, qui cum ſubſtantia ſua commixtus eſt,habeatur. Hic enim color iuuare poteſt in caſu. Diſtillationis verò quę per filtrum ſine ignitione perficitur, cauſa inuentionis fuit aquæ ſola ſerenitas. Dicamus igitur omniũ diſtillationum modos cum cauſis ſuis, & experientiis manifeſtis. Eius itaque diſtillatio quæ per aſcenſum in alembico fit, eſt duplex modus. Alia enim fictili ollâ cineribus plena perficitur: Alia autem in vaſe ſuo æreo aquâ pleno cum graminibus vel lanoſitate, ordine ſuo diſpoſita,ne cucurbita vel diſtillatorius alembicus rumpatur antequam ad perfectionem deducatur. Ea verò quæ cum cineribus, maiore, & for-

fortiori, & acutiori perficitur igne: Quæ autem cum aqua, mansueto & lento. Aqua enim acuitatem ignitionis non suscipit, quemadmodum cineres. Ideo per eam quæ cum cineribus fit, colores & grossiores terreas partes magis eleuari contingit. Cum ea verò quæ cum aqua, subtiliores & sine colore, & ad naturam aqueitatis simplicis approximantes. Magis subtilior ergo fit separatio per eam quæ aquâ perficitur, quàm per eam quæ cineribus elicitur. Experientiâ hoc nouit verum esse, qui cum distillasset oleum per cineres, oleum vix alteratum suscepit in receptaculo. Volens verò partes eius separare, ad id necessitate peruenit: vt per aquam illud distillaret. Et tunc per eius reiterationem separauit oleum in partes suas elementales & albissimam & serenissimam aquam ex rubicũdissimo extraxit oleo, remanente in fundo alembici totaliter illius rubore. Per hoc ergo magisteriũ ad omnis rei vegetabilis, & eius

quæ ex vegetabili processit in esse,& omnis rei cõsimilis ad omniũ determinatã elemẽtorũ separationẽ peruenire necesse est. Per eã verò quæ per descẽsum fit, ad cuiuslibet rei vegetabilis & consimilis oleum perueniri determinatè potest, scilicet vegetabilium omnium,& eorum consimilium. Per eam verò quæ per filtrum fit, ad cuiuslibet liquoris serenitatem perueniri cõtingit. Hęc autem omnia scientibus & expertis sunt manifesta,& nota. Qui verò hoc ignorat, nihil ex hoc nouit magisterio. Exercitetur igitur in ea,& de facili ea inuestigabit.

Dispositio igitur eius quæ per cineres fit,est: vt sumatur olla fortis ex terra, & coaptetur in furno simili sublimationis furno præfato, cùm eadẽ distantia à furni spondilibus: per eãdem inuestigationem ,& similibus auriculis , super cuius fundum ponantur cineres cribellati ad vnius digiti spissitudinem : & super ipsos cineres ponatur vas distillationis : & cooperiatur

in cir-

In circuitu eius cum eisdem cineribus, vsque prope collum alembici. Postea verò infundatur in illud res de cuius intentione sit sic distillari. Vltimò vero cooperiatur illud cum alembico: cuius collũ suscipiat collum cucurbitæ inferioris intra se, vsque ad curuitatem canalis ipsius alembici, ne viam fugæ inueniant spiritus ascendẽtes: & postea lutetur alembicus cum cucurbita sua, & firmetur eorum iunctura. Et substituatur receptaculum cuius collum similiter recipiat nasum vel cornu alembici vsque ad medium ipsius: & circumuoluatur iunctura panno lineo intincto claro ouorum, & permittatur siccari; ne aliquid de destillato respiret, quibus aptatis subijciatur ignis quousque distillet. Alembicus verò & eius cucurbita de vitro sint. Ignis verò illius augeatur ei secũdùm exigentiam distillationis quousque videatur totũ distillandum, cum magna ignis expressione secundùm indigentiam eius distillatum esse.

Secun-

Secundæ vero intentionis diſpoſitio, quæ per aquam fit, eſt ſimilis huic in vaſe & alembico. Differt autem ab ea in hoc, quod ſumitur in hac olla ferrea vel ahenea, & coaptatur ad furnũ, vt ſupra eſt dictum: poſtea ſuper fundum ipſius ponitur ſtratum de graminibus vel lana, vel re conſimili ad ſpiſſitudinem trium digitorum. Deinde ſuper illud ſtratum ponatur diſtillatorium aptatum cum alembico, vt ſupra diximus. Et eiſdem graminibus, vel rebus conſimilibus cooperiatur in circuitu cucurbita vſque prope collum alembici, ne cucurbita frangatur. Et ſuper ipſa ſtramina virgæ ſubtiles ſuperſpargantur, & ſuper virgas ponantur lapides ponderoſi, qui ſuo põdere cucurbitam & alembicum, & ipſa ſtramina deprimant, & depreſſa firmiter & ſtabiliter teneant ſuper ollæ fundũ, ne natent iactata per ipſam aquam, & ſit leuigatio hæc cauſa fracturæ vaſis, & diſtillandæ rei perditio. Poſtea verò inter ſtramina fundatur aqua, vſque ad

ollæ

ollæ plenitudinē: & ſupponatur ignis, quouſque diſtelletur totum.

Diſpoſitio verò eius quæ per deſcē-ſum fit, eſt, vt fiat deſcenſorium vitreū, cum coopertorio eius: & lutetur vtrū-que, & intromittatur quod ſit diſtil-landum: & fiat ſuper caput illius ignis. Deſcendet enim diſtillatio eius per foramen ſuum in vas ſibi ſuppoſitum.

Diſpoſitio verò eius quæ per filtrum fit, eſt: vt mittatur liquor diſtillandus in concham vitream vel lapideam: & filtri benè abluti & madidi ponatur pars latior in dictum liquorem vſque ad fundum conchæ. Pendeat verò exi-lior pars eius ab orificio conchę extra: & ſub capite illius filtri ponatur vas re-cipiens diſtillationē. Cum ergo diſtil-lare ipſum filtrum incipiet, primò a-quam diſtillabit, quâ madidum fuit: qua ceſſante ſuccedit illi liquor diſtil-landus; qui ſi non ſerenus fuerit, to-ties ad concham refundatur, quouſq; ſereniſſimus diſtilletur. Hæc autem quia facilia ſunt omnia, magna proba-

tione

tione non indigent: ideoque eorum probationẽ causâ breuitatis omittim⁹.

De Calcinatione.

CAPVT. L.

POst igitur distillationis narrationẽ sermonem nostrum tradamus de calcinatione. Est ergo calcinatio rei per ignem puluerisatio, ex priuatione humiditatis partes consolidãtis. Causa inuentionis eius est, vt sulphureitas corrumpens & defedans per ignẽ deleatur. Diuersificatur verò secundùm diuersitatem rerum calcinandarum. Calcinantur igitur corpora, & calcinantur spiritus, & res aliæ extraneæ à natura illorum: diuersa verò intentione. Quia igitur sunt corpora imperfecta duorum generum, dura videlicet, vt Venus & Mars: mollia verò, vt Iupiter & Saturnus: quæ omnia calcinantur necesse fuit illa diuersa intentione calcinari: Principali attamen vna intentione calcinantur. Et est vt sulphureitas illa corrumpens & defedans remoueatur & deleatur per ignẽ.

Hic enim comburitur omnis, ex quacunque re sulphureitas adustiua: quæ sine calcinatione deleri non potest: quoniam ipsum corpus solidum est; & propter soliditatem & latitationẽ sulphureitatis in continuitate substantiæ argenti viui defenditur per illud à combustione. Ideoque necesse fuit continuitatem corporum & argenti viui in ipsis separare, vt ignis liberiùs ad quamcunque minimam eius partem perueniens, sulphureitatem ex eo comburere possit & non defendat ipsum continuitas argenti viui commixti. Et est generalis causa inuentionis calcinationis corporum, à terreitate depuratio. Inuenimus enim quod corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundantur & magis figuntur, vt dicemus in sequẽtibus. Specialis vero calcinatio corporum mollium est: vt cũ his duabus intẽtionibus sit intentio per eã illa indurare & ignire: ad quod peruenitur cũ ingeniosa reiteratione calcinationis super illa, de qua in se-

in sequẽti traditione determinare nobis expedit. Inuenimus enim per id ingenium manifestè ipsa indurari. Sed manifestiùs & citiùs Iupiter induratur. Causa verò inuentionis calcinationis spirituum est, vt ipsi meliùs figantur & faciliùs soluantur in aquam: Quoniam omne calcinati genus fixius est quã nõ calcinati & facilioris solutionis: quia partes calcinati magis subtiliatæ per ignẽ faciliùs cũ aquis cõmiscentur & in aquam conuertuntur. Et hoc si expertus fueris, sic inuenies se habere. Calcinatio verò aliarum rerum, fuit ad exigentiam præparationis spirituum & corporum; de quibus latiùs à nobis determinabitur in sequentibus. Non autem est de perfectione harum aliquid talium. Modus igitur ipsius calcinationis est diuersitatem calcinandorum. Calcinantur enim corpora aliter quàm spiritus vel aliæ res extraneæ: & corpora à se inuicem diuersa similiter diuersimodè calcinantur. Corpora enim mollia vnum modum habent genera-

neralem ad calcinationis intentioné: ſcilicet, quod & ambo per ſolum poſſunt calcinari ignem; & per ſalis acuitaté præparati vel nõ præparati ambo ſimiliter. Primus igitur modus ſic perficitur : vt ſumatur vas terreum benè coctum ad ſimilitudinem parapſidis formatum,cuius ſtructura ſit firma & coaptetur ad furnum calcinationis,ita quod ſub illo poſſint carbones proijci & ſufflari. Proijciatur verò in fundum vaſis illius plumbum & ſtannum,quod ſuper tripedé ferreũ vel tres lapideas colũnas ſedeat firmiter;& ad furni ſui parietes ſimiliter firmetur quatuor vel trib⁹ lapidib⁹ coarctãtib⁹ illud ad eos, ne vas moueri poſſit.Furni verò figura eadé ſit cũ furni forma magnæ ignitionis,de quo narratũ eſt iam , & narrabitˉ ſimiliter ſermone cõpletiori. Accédatur igitˉ in illo ignis ſub vaſe calcinationis, ad ipſius calcinãdi corporis fuſioné ſufficiés & potens. Et cũ ipſum corpus fuſum fuerit & cuté nigrã ſuper ſe creauerit ignis virtute, ſubtrahatur ab

eo cum pala ferrea vel lapidea, quæ se non permittit cōburi ad infectionem calcis. Hæc autē excoriatio tā diu continuetur, quousq; ipsum corpus in puluerē vertatur. Quod si Saturnus fuerit, ad maiorē ponatur ignē: quousq; in citrinissimū mutetur colorē calx eius. Si verò Iupiter, similiter exponatur igni & ibi teneatur: & dimittatur quousq; in albedinem mutetur completā calx eius. In hoc tamen sollicitū reddimus artificem, quoniā Saturnus de facili à calce sua redit ad corpus. Iupiter verò difficilimè. Ideoq; ne contingat illum errare in expositione calcis Saturni, post primā eius pulerisationē, ad maiorem ignē: ne prius redeat, quàm perficiatur illius calx, in corpus: quoniam temperantiâ ignis indiget, & sucessiua augmentatione illius paulatim, cū cautela, quousq; in calce firmetur, scilicet ne de facili redeat in corpus: vt possit illi maior ignis administrari, ad suę calcis perfectionem. Neque contingat similiter errare propter difficilem Iouis reductionem; vt si quando posuerit in

reductionem calcem ejus, eueniat ei quod non reducat: sed inueniat eam prioris dispositionis, aut in vitrum redactã, & æstimet reductionem eius impossibilem. Dicimus enim, quoniã si in Iouis reductione magnum non adhibuerit ignem, nõ reducet: Si verò magnum, non necesse illum reducere cõtingit: sed possibile est illum in vitrificationem reducere. Et illud ideo, quoniam Iupiter in profundo suæ naturæ argenti viui fugitiuam inclusam habet substantiã, quæ si longam in igne forti cõtraxerit morã, fugiet, & corpus priuatũ humiditate relinquet: Quod tunc potiùs aptũ ad vitrificationẽ, quàm ad corporis metallici fusionem conuerti reperietur. Omne enim propria priuatum humiditate, nullam nisi vitrificatoriã dat fusionẽ. Ideoq; necessariò relinquitur, quod cũ ignis impetu maximè veloci, reducere celeriter festinet. Aliter enim nõ reducitur. Exerceatur ergo ad illud & sciet. Modus verò calcinationis horũ duorũ corporũ,

quæ à salis acuitate perficitur, est: vt quando fuscum corpus fuerit, proijciatur super faciem illorum quantitas salis præparati vel non, & permisceantur agitatione multa per baculum ferreum, super ignem: quousque per salis mixtionem totum in cinerē vertatur. Et postea per eundem modum perfectionis perficiatur illorū calx cum suis considerationibus. Sed in hoc est etiā differentia in horum duorum corporum calcinatione. Quoniam Saturnus ex primis calcinationis laboribus ad puluerem conuertitur faciliùs quàm Iupiter: non tamē perficitur illius calx faciliùs quàm Iouis. Dependet autem huius causa ex eo, quod Saturnus humiditatem magis habet fixam & maiorem terreitatis quantitatem quàm Iupiter. Veneris verò & Martis est idē calcinationis modus: diuersus tamē à primis duobus: & illud propter liquefactionis eorum difficultatem. Et est vt laminæ ipsorum ponantur ad fortem ignitionem, de cuius intentione nō sit fun-

fundere. Propter enim multam eorum terreitatis in illis quantitatem, & multam sulphureitatis adustiuæ & fugientis mensuram, de facili hoc modo adducuntur in calcem. Et ratio est: quoniam ex multa terreitate argenti viui substantiæ intermixta, turbatur argenti viui debita continuatio in illis. Et ideo porositas in eis causatur: per quã & sulphureitas transiens euolare potest: & ignis ex causa illa liberè ad eam accedens, comburere & eam eleuare potest. Per hoc igitur relinquitur partes rariores fieri, & ad cinerem per discontinuationis raritatem cõuerti. Manifesta igitur experiẽtia hæc est: Quoniam exposita ad fortem ignitionem lamina Veneris, flam̃am dabit sulphuream, & squamã in superficie sua creabit puluerisabilẽ. Etiam hoc ideo quia ex propinquioribus partibus faciliorem sulphuris necesse est combustionem fieri. Modus verò furni calcinationis huius est idem cum modo furni calcinationis prædicti distillationis:

nisi quod foramen solummodo vnum magnum debet super caput suum habere: Vnde à fumositatibus se liberè absoluat. Et situatio calcinandorum in medio furni sit: vt in circuitu liberè ignem recipiant. Vas verò eius sit terreum, & de firmissima terra benè coctum: vt non de facili per ignem liquescat, & formatum in modum parapsidis benè spissæ.

Modus itaque calcinationis spirituum est: vt eis ad fixionem approximantibus, administretur ignis, successiuè & paulatim illum augendo, ne fugiant, quousque maximum eos tollerare ignem contingat. Et vas eorum sit rotundum vitreum benè spissum ne fundatur, vndique clausum: & furnus idem cum nouissimè dicto. Cum simili autem furno, & cunsimili vase omnis similiter res calcinatur. Excusamur tamen per illos à maiori sollicitudine quàm quę adhibetur in custodia fugæ: quoniam alia res non fugit, nisi spiritus, & quæ spirituum naturæ approximat.

mat. Descriptio verò omnium quæ narrata sunt nouissimè est hæc.

De Solutione.

CAPVT LI.

DE solutione sermo noster ampliatùs innuit. Solutio est solidæ & rei siccæ in aquæ essentiam redactio. Dicimus autem quod omnis solutionis perfectio adducitur cum aquis subtilissimis, & maximè acutis, acribus & ponticis fecem nullam habentibus: Sicut est acetum distillatum, & vua agrestis, pruna acerba, & pira multæ acritudinis, & mala granata similiter distillata, & his similia. Fuit autem causa inuentionis eius subtiliatio eorum quæ nec fusionem competentem, nec ingressionem dabant: de quibus magna vtilitas amittebatur spirituum, & eorum quæ suæ naturæ sunt. Nam omne quod soluitur, necesse est salis, aut aluminis vel eorum consimilium naturam possidere. Est autem natura co-

rum, quod fusionem dant ante illorũ vitrificationem. Ergo & spiritus soluti fusionem præstabunt similiter similẽ. Cum ergo multum ex natura sua corporibus & sibi inuicem conueniant, habita fusione, necesse est per illam corpora penetrare & penetrando trãsmutare. Ad hoc verò sine magisterio non peruenitur: quod est scilicet, vt post solutionem & coagulationem illius administretur illi aliquis ex spiritibus purificatus, non fixus; & totiens ab illo sublimetur, quousque secum maneat, & illi velociorem præstet fusionem, & ipsum in fusione à vitrificatione conseruet. De natura enim spirituum & corporum est non vitrificari, & à vitrificatione commixtum saluare, donec in eo fuerint. Spiritus ergo qui magis naturam seruauit spiritus, magis à vitrificatione defendet. Magis autẽ seruauit spiritus solummodo purificatus, quàm purificatus fixus, calcinatus atque solutus. Ideo necesse est simul permisceri. Resultat enim in his bona fusio,

fusio, & ingressio, & fixio permanens. Ex operibus autem naturæ probare possumus: sola salium & aluminum & similium naturam possidentia, solubilia esse. Nos enim in operibus illius omnibus considerantes, nō inuenimus alia solui prçter illa. Igitur quæcunque soluuntur, necesse est per illorum naturam solui. Sed quia videmus omnia calcinata in natura per reiterationem calcinationis solui. Ideoque manifestè probatur per hoc, omnia calcinata ad salium vel aluminum naturam approximare. Ideo sese in proprietatibus necesse est commutari. Modus verò solutionis duplex est, scilicet alius per fimum calidum, & alius per feruentem aquam: quorũ est vna intentio & vnus effectus. Modus ergo per fimum est vt ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super illud fundatur quantitas aceti distillati vel consimilis, dupli eius; & obturetur optimè os vasis, ne aliquid respirare valeat: & sub fimo tepido multæ quantitatis vt sit benè ca-

lidus, triduo dimittatur: & postea per distillationem filtri, solutū remoueatur: non solutum verò iteratò calcinetur, & post calcinationem iteratò similiter soluatur, cū duplo aceti noui distillati vel alterius rei & sic cōtinuè donec per reiterationem operis super illud, totum soluatur, vel maior pars ad exigentiam. Modus verò qui per ebullientem aquam fit, velocior est & melior. Et est, vt calcinatum in ampullam similiter ordinetur cum aceto, obturato foramine ne respiret: quæ in caldario pleno aquâ & straminè sepeliatur, vt in distillationis modo per aquam præceptum attulimus per ordinem: & postea succendatur sub ea ignis, donec aqua per horam ferueat. Post hoc verò solutum distilletur, & seorsum seruetur: non solutum verò iteratò calcinetur, & iteratò eodem ordine soluatur, donec per reiterationem totum soluatur. Descriptio eius quod nunc dictum est, hæc est.

De

De Coagulatione.

CAPVT. LII.

COagulatio eſt rei liquoroſæ ad ſolidã ſubſtantiã per aqueitatis abſolutionem ſeu humidi priuationem redactio. Eſt ergo duplex inuentionis cauſa illius. Vna argenti viui induratio: Altera verò medicinarum ſolutarũ ab aqueitate illis admixta abſolutio. Diuerſificatur autem ſecundũ coagulandorum diuerſitatem. Aliâ enim argentum viuum coagulatione indiget; aliâ verò medicinæ vel res ſolutæ. Eſt autẽ argenti viui duplex coagulatio. Vna quidẽ per priuationem totius ab illo humidi innati: alia per inſpiſſationem ipſius humidi, quouſque induretur. Congelare tamẽ illud difficilimè atq; laborioſè accidet cum magna perſpicacitalis induſtria; & hoc propter fortem vnionem & compoſitionem quã habet. Nos autem fili, tibi narrabimus in hoc capitulo omne ingenium coagulationis illius. Ingenium igitur coagulationis illius, cogitauerũt quidam

fore

fore per conseruationem siue retentionem illius in ignis temperamento: qui cum illud putassent cōgelasse, post remotionem eius ab igne inuenerunt illud fluere sicut prius. Per hoc igitur in stuporem & in admirationem adducti sunt, vehementer affirmantes, ad hoc perueniri non posse. Alij verò necessariò ex principiis naturalibus supponentes, humidum quodlibet per ignis calorem in siccitatem conuerti, imaginati sunt cum perseuerantia & continuatione illius in igne suo, ipsum coagulare: & per hanc continuationē ad hoc deuenerunt, vt ex eis aliqui in album: aliqui verò in rubeum conuerterint lapidem, cuius nō fuit fusio, nec ingressio aliqua. Et horum diuersitatis causam non potuerūt estimare, ideoq; illud abiecerunt. Alij vero cum medicinis illud coagulare conati sunt, & accidit eis illusio: aut quia non coagulauerunt, aut quia ab eis insensibiliter extenuatū in fumo euolauit, aut quia coagulatio eorum non fuit in forma alicu-

alicuius corporis. Et horum diuersitatis causam ignorantes desperauerunt. Alij verò medicinas artificiosas ingeniosasuè componentes, vt illud in proiectione coagularent. Sed eorum non fuit coagulatio vtilis: quoniam in imperfectum corpus illud cõuerterunt: & causam huius ex ipsorum insufficiẽtia similiter videre nõ potuerunt. Horum igitur nos narrare causas expedit: vt ad coagulationis magisterium illius artifex perueniat. Vt autem iam à nobis sufficienter narratum est, vniformis est substantiæ argentum viuum. Quare non est possibile in breui spacio temporis per conseruationẽ illius in igne, aqueitatem illius remouere vel inspissare. Nimia igitur festinatio causa fuit primi erroris. Cũ verò subtilis sit substantiæ ab igne recedit. Ignis igitur excessus est causa erroris illorum, à quibus fugit. Comiscetur cum sulphure, arsenico, & marchasita de facili, propter conueniẽtiam cum illis in natura sua: Ideoque per illa apparet coagulatum,

tum, non in forma corporis metallici, sed argẽti viui cum plumbo mixti: vel in forma Antimonij vel consimilis. Non enim hæc, cum fugitiua sint, possunt illud in ignis pugna tenere, quousque ad corporis naturam perueniat: sed fugiunt secum per ignis incussionem, & illud ideo est causa erroris eorum qui sic coagulãt. Habet vtiq; similiter argentum viuum humiditatẽ sibi multam vnitam, quam ab illo separari non est possibile, nisi per ignis cautam violentiam & per cõseruationem eius in suo igne. Et est suus ignis, quem illi augmentando secundùm exigentiam suæ tollerantiæ, illius humiditatem tollunt relicta sibi parte, ad fusionem metallicam sufficiente: qua remota non funditur. Et hæc est causa erroris illorum qui ipsum in lapidem album vel rubeum coagulant non fusibilem. Habet namque argentum viuum partes sulphuris naturaliter sibi admixtas; quoddã tamen plus, quoddam verò minùs: quod remouere per

artificium est possibile contingere. Cũ igitur sit sulphuris proprietas cum argento viuo rubeum vel citrinum, secundùm proportionem suæ quantitatis creare; vt videmus in cinabrio, eius ablatione proprietas argenti viui erit, albedinem dare per ignem. Hæc igitur est causa varietatis colorum illius post coagulationem eius in lapidem. Habet similiter terreitatem immundam & sulphuream admixtam: quibus infici omnes suas coagulationes necesse est. Et hæc est causa erroris illorum, qui illud in corpus imperfectum coagulant. Ex diuersitate igitur medicinarum illius coagulationis accidit, diuersa in coagulatione illius creari corpora. Nam si medicinæ vel argentum viuum habuerint in se sulphur non fixum, necesse est corpus molle ex eis creari. Si verò fixum, necesse est durum; & si album, album: si verò rubeum, rubeum: & si remissum ab albo vel rubeo, remissum similiter necesse est fieri: & si ter-

si terreũ vel liuidum infectum. Si verò non, non. Omne enim sulphur non fixum, liuidum creat: fixum verò non, quantũ in illo est. Pura verò illius substantia, purum creat corpus: non pura verò econtra. Accidit etiam quoque in solo argento viuo absque sulphuris commixtione diuersitas eadem: propter diuersitatem mundationis & pręparationis illius in medicinis. Ideoque contingit ex parte medicinæ diuersitatis illusio: quandoque in coagulatione illius plumbum; quandoq; verò Iouem; quandoque autem Venerem; & quandoque Martem formari: quod propter impuritatẽ accidit fieri. Quãdoque verò Solem; quandoque Lunam: quod ex bonitate & puritate euenire necesse est.

Coagulatur igitur ex frequenti illius præcipitatione ad fundum cum violentia sui ignis, qui aqueitatem illius de facili remouet. Hoc enim fit per vas, cuius figura sit multæ longitudinis: in quo ascendens inueniat refri-

gerij

gerij locum,& adhærentiæ, vt & quietis in eius spondilibus, propter suam longitudinem, & non fugæ vel exitus viam habeat: quousque iterata vice ad illius fundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quousque fiat fixum. Coagulatur similiter ex diuturna retentione in suo igne, cum vase vitreo, cuius collum sit multæ longitudinis, & in ventre figuram ampullæ habeat, cum continua colli eius apertione, vt per illam possit humiditas eius euanescere. Coagulatur verò per medicinam illi cõuenientem: cuius compositionem tibi narrabimus in sequentibus prout expedit. Hîc verò & similiter, vt intentionem nostram super illo faciamus completam, secundùm quod per nostra inuenimus experimenta. Est autem medicina quæ maximè illi in profundo eius adhæret, & ei per minima commiscetur ante illius fugam ab igne. Ex rebus ergo ei conuenientibus, necesse est hanc medicinam creari. Sunt autem

huiusmodi res corpora omnia metallica, & sulphur & arsenicum. Sed quia nullum vidimus ex corporibus illud in natura sua coagulare coagulatione firma & vera: sed potiùs ab eis ipsum per expressionem ignis fugere, quantumcunq; fuerint suæ conuenientiæ. Ideoque considerauimus, nullum corpus in natura sua illi in profundo adhærere. Subtilioris ergo substantiæ & liquidioris fusionis necesse est medicinam illam, esse quàm ipsa corpora existant. Ex spiritibus autem similiter non vidimus, illis in natura sua manentibus, firmam & veram coagulationem fieri illius, sed fugitiuam, & multæ infectionis & nigredinis: Quod quidem contingit, alterum propter spirituum fugam, alterum verò ex terreæ & adustibilis substantiæ illorum commixtione. Ideoque per hæc manifestè relinquitur quod ex quacunque re medicina illius eliciatur, ipsam necessariò debere esse subtilissimæ & purissimæ substantiæ, illi adhærentis ex natura & con-

conuenientia sua in profundo, & facilimæ fusionis vel liquefactionis, & tenuissimæ ad modum aquæ, ceræ vel olei: & fixa super ignis pugnam. Hæc enim medicina ipsum coagulabit & in substantiam solarem vel lunarem conuertet. Modos autem compositionis ingeniorum, medicinæ & aliorum tibi in sequentibus latiùs denarrabimus, per quos ad illam peruenire poteris: & ipsa sermone sibi proprio & conuenienti determinabimus. Sollicitè igitur ad illam exerciteris, & eam inuenies. Sed vt nos non possis ex eius insufficientia increpare: dicimus, quoniam ex ipsis corporibus metallicis cum suo sulphure vel arsenico præparatis, & ex solis similiter corporibus elici potest. Ex solo verò viuo àrgento faciliùs & propinquiùs inuenitur: quoniam natura propriam naturam amplectitur, & ea gaudet amicabiliùs quàm extranea: & est similiter in ipso facilis extractionis illius substantiæ subtilissimæ, cum

iam in actu subtilem habeat materiam. Modi verò inuẽtionis huius medicinæ sunt per sublimationem, vt à nobis narratum est sufficienter. Modus verò fixionis illius in capitulo suo similiter narratus est. Coagulationis verò solutorum modus est, per ampullam in cineribus vsque ad collum, cum temperato igne, quousque aqueitas euanescat & induretur.

De Fixione.

CAPVT LIII.

Fixio verò est rei fugientis ab igne ad ipsum conueniens aptatio. Causa verò inuentionis ipsius fuit, vt omnis tinctura omnisque alteratio medicinæ perpetuetur in alterato, & non mutetur, nec separetur ab eo per ignẽ. Diuersificatur verò & ipsa similiter secundùm rerum figendarum multiplicitatem: quæ sunt corpora quædam à perfectione diminuta; sicut Saturnus, Iupiter & Venus : & spiritus qui sunt scilicet sulphur & arsenicum in gradu vno; & argentum viuum in alio; in ter-

tio verò marchesita, magnesia, & tutia, & horum similia in natura. Figuntur autem corpora hæc à perfectione diminuta per suam calcinationem & reductionem: quoniam absoluuntur per eam à sulphureitate combustibili & fugitiua corrumpente. Et hanc sufficienter in sua narrauimus oratione, scilicet in capitulo calcinationis. Figũtur autem sulphur & arsenicum duobus modis. Primo per reiterationem sublimationis super illa in vase aludel quousque stent. Est etiam in hoc intẽtio festinationis istius fixionis, vt ingenieris adinuentionem multiplicis sublimationis reiterationis in breui tempore: quod per duo fit aludel cum duplicibus suis cooperculis, hoc ordine seu modo: scilicet, vt nunquam ab actu sublimationis desistat, donec fixa fuerint. Proijciatur ergo id quod in vno cooperculo ascendit immediatè in aliud aludel, & sic alternata vice reiteretur: & nunquam otiosa permittantur aludel spondilibus adhærere;

quin in continua sint sublimatione i-
gnis, quousq; cesset illorum eleuatio.
Quãtò enim in breuiori tempore po-
teris multiplices sublimationis reite-
rationes complere: tantò celeriùs &
meliùs continget ipsa fixari. Ideoque
fuit secundus fixionis modus inuẽtus:
qui est per ipsius sublimandi præcipi-
tationem, ad calorem ignis, vt cõtinuè
in illo sit, donec figatur. Et hoc fit in
longo vase vitreo cuius fundus sit ter-
reus, & non vitreus (quoniam scinde-
retur in partes) illi artificialiter cũ clau
sura bona connexus; & per spatulam
ferream vel lapideam, cum ad spondi-
lia eius adhęserit, deijciatur ad ima ca-
loris continuè per alternas vices quo-
usq; figatur, & amplius non ascendat.
Fixionis verò modus argenti viui est
idem cũ modo fixionis sulphuris & ar-
senici: & non diuersificantur inter se,
nisi in hoc; quod non possunt sulphur
& arsenicum figi, nisi priùs eorum par-
tes inflam̃abiles tenuissimæ, ingenioso
& subtili diuisionis artificio ab eis se-

pare-

parentur, per hunc vltimum fixionis modum. Argentum verò viuum hanc considerationem non habet, quia non comburitur nec inflamatur per ignẽ. Quare similiter temperatiori calore quàm argentum viuum indigent illa in hoc modo. Similiter diuersificantur: quia in longiori figuntur tempore quàm argentum viuum. In eo similiter, quoniam altiùs eleuantur propter suam raritatem quàm argẽtum viuum: ideoque longiori vase indigent quàm argentum viuum ad suam fixionem. Fixionis autẽ modus marchesitæ, magnesiæ & tutiæ est: vt cum post primam illorum sublimationem acquisiuerimus quod ex eis volumus, abiectis illorũ fecibus reiteremus super ea sublimationẽ, totiens conuertendo quod superiùs ascendit, ad id quòd inferiùs remansit, ex vnoquoque illorum, quousque figantur.

De Ceratione.

Capvt LIIII.

Ceratio est ad liquefactionem

duræ rei vel ſucci non fuſibilis mollificatio. Ex hoc igitur manifeſtum eſt: quod cauſa inuentionis huius fuit, vt quod ingreſſionem ex priuatione ſuæ liquefactionis non habebat ad corporis alteratione͂, mollificaretur vt flueret, & ingreſſionem haberet. Putauerunt tamen aliqui hanc ceratione͂ debere de oleis liquidis & aquis fieri. Sed erroneum eſt illud: & à principiis huius magiſterij naturalibus ſemotum penitùs, & maximè ex manifeſtis naturę operibus reprobatum. Naturā enim non videmus in ipſis corporibus metallicis humiditatem citò terminabilem ad illorum fuſionis & mollificationis neceſſitatem poſuiſſe. Si enim talem humiditatem citò ignis calore terminabilem illis poſuiſſet, relinqueretur neceſſariò, vt citiſſimè, ſcilicet ignitione & fuſione completa vna, ipſa corpora totaliter omni humiditate priuari contingeret. Quare ex illo ſequeretur, poſt vnam ignitionem corpus quodlibet nec malleari, nec fundi poſſe.

posse. Quamobrem in quantum imitantes naturę opera possumus, necesse est nos modum naturæ in cerando sequi. Cerat autem ipsa in radice cerationis fusibilium humiditate, quæ super omnes est humiditates expectans ignis calorem. Igitur & nos consimili cerare humiditate necessariò expedit. In nullis autem rebus meliùs & possibiliùs hæc humiditas ceratiua inuenitur, quàm in his videlicet sulphure & arsenico propinquè. Perfectiùs autem & meliùs in argẽto viuo. Horum enim humiditatem non videmus terram illorum post resolutionem relinquere, propter fortem vnionem, quàm in opere mixtionis naturæ habuerunt. In omnibus autem rebus aliis humiditatem habentibus, experimento inuenies, ea in resolutione à terrea sua substantia separari, & post illius separationem omni humiditate priuari. In spiritibus autem prædictis & maximè argẽto viuo, hoc minimè cõtingit. Ideóque non est aliud, per quod ab illorum

inceratione, illa acceptatione excusari possumus. Modus ergo cerationis est per illos: vt totiens super rem cerandam multiplicetur eorum sublimatio, quousque in illa cum humiditate sua manentes, fusionem bonam & competentem præstent. Hoc autem non fiet ante illorum perfectam mundationem ab omni re corrumpente. Sed mihi meliùs videtur, vt eorũ oleà priùs figantur per oleum tartari; & cum illis fiat omnis ceratio competens & necessaria ad hanc artem.

Libri primi finis.

GEBRI ARABIS DE ALCHEMIA TRADITIOnis summæ perfectionis:

Liber Secvndvs.

De consideratione perfectionis & eorum quæ ad eam spectant.

Capvt I.

PRincipiorvm itaque huius magisterij discussione tradita; restat, intentum huius nostræ artis complere sermone illi conueniente. Est autem perfectionis ipsius consideratio, consideratio perficientiæ medicinæ, vt scilicet discutiatur ex qua re meliùs vel propinquiùs eliciatur illa ad omnem imperfecti perfectionem. Et similiter consideratio artificiorum per quæ cognoscamus, an perfectio sit completa. His itaque traditis, & tota erit perfectionis tradita cognitio: secundùm nostræ artis exigentiam.

De

De cognitione principiorum corporum.

CAPVT. II.

COgnoſcere verò non eſt poſſibile hanc trãſmutationem corporum & ipſius argenti viui; niſi ſuper mentem artificis deueniat vera cognitio illorum naturæ, ſecũdùm ſuas radices. Priùs igitur corporum principia ſecũdum ſuas radices & eorum eſſentias notificabimus; quid ſcilicet ſint ſecundùm omnes cauſas differentiarum: & quid boni vel mali in ſe contineant. Dehinc verò ipſorum omnium corporum naturas & eſſentias cum omnibus ſuis cauſis & proprietatibus narrabimus; quæ videlicet ſint cauſæ corruptionis & perfectionis illorũ cum ſuis experientiis manifeſtis approbantes.

De cognitione ſulphuris & arſenici particulariter.

CAPVT III.

ERgo in primis ſpirituum naturam, qui ipſorum ſunt corporum principia, affirmamus: quæ ſunt videlicet ſulphur, arſenicum, & argentum viuũ.

Dici-

Dicimus igitur quoniam sulphur & arsenicum, pinguedo sunt terræ, vt supra à nobis narratum est. Cuius experientiâ manifesta probationem elicias per illorum facilem inflammationem, & facilem eius liquefactionem, per ignẽ. Non enim facilè inflamatur, nisi quod oleagineum: nec liquescit per calidiorem facilè, nisi quod illius naturæ est. Sulphur itaque & illius compar, causam corruptionis habent, inflammabilem substantiam, & terream feculentiam. Causam verò perficientem habent mediam; inter hanc videlicet & illam. Est igitur causa corruptionis illorum terreitas, per hoc quod neque fusionem, neque ingressionem habẽt, & similiter inflammabilis substantia; quia nec stat nec stare facit, sed nigredinem & liuiditatem ex omni genere eius præstat. Causa igitur perfectionis in illis, est mediocris illorum substantia: quia per illius terreitatem nõ turbatur ab ingressione, quæ per fusionem bonam perficitur. Et per illius sub-

ſubtilitatẽ combuſtibilem non remo- uetur eius impreſſio de facili propter fugam. Non eſt autem mediocris illo- rum ſubſtantia perfectionis cauſa cor- porũ vel argent.vi. niſi figatur: quia cũ non fixa ſit: licèt eius impreſſio non re- moueatur de facili; non tamen ſtabili- ter perpetuatur. Ex his itaque elicitur, mediocrem ſubſtantiam diuidere ar- tificem neceſſe eſſe. Diuidere autem putauerunt quidam impoſſibile eſſe, propter fortem illorum mixtionem & vnionem naturalem. Et illi quidem ſuis operibus manifeſtis aduerſi ſunt. Nam ipſum ſulphur calcinauerunt; & licèt non multum, quod nullam fuſio- nem nec inflammationem aliquam dedit: ſed illud per diuiſionem eius neceſſe eſt eueniſſe. Quoniam ſul- phur in ſua naturali commixtione & ſimplici ſubſtantia permanens, ne- ceſſe eſt inflammari & comburi. Ergo per diuiſionem diuerſarum ſubſtan- tiarum in illo, relinquitur, partem ma- gis in ipſo inflammabilem à partibus
non

non inflammabilis seorsum per artificium separari. Nam si possibile est, per calcinationem ad remotionem omnium imflammabilium partium in illo peruenire; necesse est ex eorum naturalibus operibus, eos confiteri ad omnem partium diuisionem posse peruenire. Sed quia hoc dependet ex subtilissimo artificio, cogitauerunt id fore impossibile. Patet itaque ex præmissis manifestè, non esse sulphur de veritate nostræ artis; sed fortè pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionem artificij: per quod ad illius diuisionem possibile est deueniri. In arsenico verò, quia in radice suæ mixtionis, per actionem naturæ resolutæ sunt multæ illius partes inflammabiles; ideo artificium eius separationis est facilius: Sed ipsum est albedinis tinctura, sulphur verò rubedinis. In sulphuris igitur diuisione magnam adhibere cautelam, necesse est.

De natura Mercurij.

CAPVT. IIII.

IN Argento viuo similiter necesse est superflua resecare. Habet enim duas corruptionis causas à quibus in sublimando purgatur; vnam videlicet terream immundam substantiam sine inflammatione, aliam superfluam fugitiuam aqueitatis substantiam. Putauerunt attamen aliqui ipsum non superfluam habere terram vel immundiciã. Sed vanum est quod cogitauerunt. Videmus enim ipsum multæ liuiditatis & non puræ albedinis: & similiter per leue artificium, videmus ex illo terram nigram & feculentam emanare; per lauationem videlicet, cuius modum iam narrabimus. Sed quia duplicem contingit per illud perfectionem elicere, scilicet medicinã ex illo creari, & ipsũ coagulatione perficere, ideo necesse est, ipsum duplici mundationis gradu præparare. Præterea duæ mundationes Mercurij necessariæ sunt. Vna per sublimationem ad medicinam, & hæc innui-

innuitur. Alia per lauacrum ad coagulationem, & illud innuetur. Si enim volumus medicinã ex illo creare, tunc necesse est, à feculentia suæ terreitatis optimè purgare per sublimationem; ne in proiectione creet colorem liuidum. Similiter & ipsius aqueitatem fugitiuam delere; ne totam medicinam fugitiuam in proiectione faciat, & mediocrem illius substantiam saluare: de cuius est proprietate non aduri, & ab adustione defendere; & quæ similiter non fugit, sed fixum facit. Probaui autem ex nostris sermonibus argentum viuum omne perfectiuum. Et hoc similiter est manifestum experientiis. Nam videmus argentum viuũ argento viuo magis adhærere, & eidem magis amicari: Post illud vero auro, & post hoc argento. Ideo ex hoc relinquitur, ipsa esse suæ naturæ magis. Alia vero corpora non videmus ad illud tantam conformitatem habere: & ideo ipsa veridice inuenimus minùs de sua natura participare. Quæcunque enim vi-

demus plus ab adustione saluari, illa consideramus plus suam naturam possidere. Ideoque relinquitur ipsum argentum viuum esse perfectissimum & adustionis saluatiuum, quod est perfectionis vltimum. Secundus verò mundationis ipsius gradus est ad præparationis ipsius coagulationem. Et est vt sufficiat illi solummodo lauatio suæ terreitatis immundæ. Cuius modus hic est: Sumatur patella terrea, & in ea mittatur argentum viuum quod purgare intendis, super quod spargatur aceti fortissimi parua quantitas, vel alterius rei consimilis: quæ sufficiat ad cooperiendum illud: & ponatur ad ignem lentum, ne ferueat: & agitetur continuè cum digitis super fundo patellæ, vt diuidatur argentum viuum in similitudinem subtilissimi pulueris albi; donec totum acetum euaporauerit, & ipsum argentum viuum redeat in suam formam. Postea verò quod feculentum & nigrum videris ex illo emanasse, & patellæ adhærere, laua cum

cum aqua & abijce. Et hæc iterata vice multiplica,quousque videris colorem terreitatis illius,in clarum album mixto celestino colore perfectè mutari: quod perfectæ lauationis est signum. Cum igitur peruenerit ad illud, proijciatur super ipsum medicina suæ coagulationis : & coagulabitur in solificum & lunificum,secundùm quod ipsa medicina suæ coagulationis præparata extiterit: & ipsius narrationem in sequentibus ponemus. Ex iam igitur dictis patet similiter,Argentum viuum non esse perfectiuum in natura sua,ad quam produxit ipsum minera sua: sed illud quod ex ipso producitur per artificium nostrum. Et similiter in sulphure & eius compari est inducere. Non autem in his possibile est naturaliter naturam sequi, sed per nostrum artificium & ingeniosum perficiuntur.

De cognitione veræ Marchesitæ, Magnesiæ & Tutiæ.

CAPVT V.

DE alijs autem ſpiritibus ſimiliter ſpecialem neceſſe eſt nos facere traditionem: qui ſunt Marcheſita, Magneſia, & Tutia, impreſſionē magnam in corporibus facientes. Et ideò dicamus quid ſint in natura, ſecundùm ſuas probationes & cauſas. Dicimus igitur quod Marcheſita duplicem habet in ſua natura ſubſtantiam. Vnam ſcilicet, argentum viuum mortificatum & mediocriter præparatum, & ad naturam fixi appoximans. Aliam verò ſulphur aduſtibile non fixum. Ipſam ergo habere ſulphureitatem comperimus manifeſta experientiâ. Nam cum ſublimatur, ex illa eleuatur ſubſtantia ſulphurea manifeſta combuſtiua. Et ſine ſublimatione ſimiliter perpenditur illius ſulphureitas. Nam ſi ponatur ad ignitionē, non ſuſcipit illam priuſquam inflāmatione ſulphuris inflammetur, & ardeat. Ipſam verò argenti viui ſubſtantiam manifeſtatur habere ſenſibiliter. Nam albedinem præſtat Veneri meri argenti, quemamodum & ipſum argen-

argentum viuum. Item videmus colorem in illius sublimatione cœlestinum præstare, & luciditatem manifestam metallicam habere videmus: Quę certum reddunt artificem, illam has duas substantias continere in radice sua. Magnesia verò sulphure plus turbidũ, & argentum viuum magis terreum & feculentum: & ipsum sulphur similiter magis fixum, & minùs inflammabile habere: per easdem probare experiētias manifestè poteris, & ipsam magis naturæ Martis approximare. Tutia verò est fumus corporum alborum; & hoc manifesta probatione perpenditur. Nam projecto fumo mixtionis Iouis & Veneris, adhærente in spondilibus fabricę fabrorum, eādem impressionē facit cum ea, & quod fumus metallicus non redit, nec ipsa similiter sine alicuius corporis admixtione. Ideo cum fumus ipsa sit alborũ corporum, alba non citrinat corpora, sed rubea. Nam citrinitas non est aliud quàm rubei & albi debita & determinata pro-

portio. Ideoque ipsa propter sui subtilitatem magis ad profundum corporis penetrat:-& ideo magis alterat quã suum corpus, & magis quiescit in examine pauco artificio, quod iam tibi narratum est. Quæcunque igitur alterantur per argenti viui virtutem, vel sulphuris, aut horum similium necesse est, alterari: quoniam hæc sola communicant & vniuntur in natura ipsis corporibus.

De essentia Solis.

CAPVT. VI.

NVnc verò de corporibus metallicis ampliato sermone eorum intimam narremus essentiam. Et primò de Sole, postea de Luna, vltimò verò de alijs secundùm quod videbitur expedire, cum suis probationibus, quæ per experimentum habẽtur. Est igitur Sol creatus ex subtilissima substãtia argẽti viui & clarissima fixura & mũdissima, & ex substãtia pauca sulphuris mũdi &

di & puræ rubedinis, fixissimi, clari, & à natura sua mutati, tingentis illud. Sed quia contingit diuersitas in rubedine ipsius sulphuris, necesse est & auri citrinitatem diuersitatem habere similiter. Est enim quoddam magis: quoddam verò minus in citrinitate intensum. Quod ipsum enim sit ex subtilissima argenti viui substantia manifestè perpenditur: Quia argentum viuum de facili & amicabiliter illud suscipit. Non enim argentum viuum aliud à sua natura suscipit. Quod verò claram & mundam illam substantiam habuit, per resplendentem eius fulgorem & radiantem manifestatur; non solum in die, verùm etiam in nocte se manifestantem, alia probatione non indiget. Quod verò fixam & sine sulphureitate comburente habeat, patet per omnẽ operationem illius ad ignẽ. Nam nec minuitur, nec inflammatur. Quòd verò ipsum sit sulphur tingens, patet per hoc quòd admixtum argento viuo ipsum per sublimationem in

colorem transformat rubeum, quod est Vsifur seu Cinabrium: & quòd cum analgamatur cum corporibus & sublimatur forti ignitione de corporibus, ita quòd illorum ascendat subtilitas cum eo, citrinissimum creat colorem. Patet igitur, quod pura sulphuris substantia, purum colorem generat: non pura, non purum. Qui verò probationis suæ citrinitatis ostensione indiget, sensum non habet: quod per visum perficitur. Subtilissimà igitur argenti viui substantia ad fixionem deducta, & puritas eiusdem, & subtilissima sulphuris materia fixa claræ rubedinis, & non adurens, tota ipsius auri materia est essentialis. Maior tamen argenti viui quantitas in illo probatur esse. Quæcunque igitur volueris alterare, ad huius exemplar altera: vt ipsa ad æqualitatem perducas. Et modum iam ad illud nos tibi dedimus. Et quia subtiles habuit & fixas in sua creatione partes; ideo potuerunt partes eius multùm densari. Et hæc est causa magni sui ponde-

ponderis. Per multam verò & temperatam à natura decoctionem, facta est ex illo paulatiua resolutio, & inspissatio bona in vltima mixtione, vt cum ignitione liquescat. Ex præcedentibus igitur patet, quoniam multa quantitas argēti viui est causa perfectionis: multa verò sulphuris causa corruptionis. Item vniformitas in substantia, quę per mixtionem fit æqualem: est causa perfectionis: Diuersitas verò corruptionis. Item induratio & inspissatio, quæ per longam & temperatam decoctionem perficitur, est causa perfectionis: Oppositum verò corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum argentum viuum sulphur non debitę dispositionis, necesse est secundùm diuersitatem illius diuersa corruptiones adduci. Potest enim tale sulphur, quod super illud cadit fixum, non adustibile esse totum, aut totum adustibile & fugiens in natura sulphuris, aut fugiens & non in natura sulphuris, aut partem fugiētis: partem verò fixi tenere; sed in parte

naturã sulphuris tenere, in parte verò non: aut totum mundum aut immundum; aut medietas immunda vel minor ipsius pars. Item aut multæ quantitatis, superans in commixto argentum viuum, aut paucæ quantitatis superatum ab illo: aut nec superans, nec superatum. Item aut album, aut rubeum, aut mediocre. Ex his itaque omnibus diuersitatibus tã sulphuris quàm argenti viui, necesse fuit in natura diuersa creari corpora metallica; quorũ rationes omnes expedit nos narrare cum proprietatibus & experentijs manifestis.

De cognitione naturæ Lunaris.
CAPVT VII.

IAm ergo patet ex præcedentibus, quod si ceciderit sulphur mundum fiixum, rubeum, clarum super substantiam argenti viui mundam, puram, fixam & claram, non superans, imo paucæ quantitatis in multo superatum in commixtione argenti viui; creatur ex hoc aurum purum. Si verò fuerit sulphur

phur mundum, fixum, album albedine pura, clarum super substantiam argenti viui mundam, fixam, claram non superās, sed in modico superatum, creatur ex eis argentum. Diminutam tamen habet puritatem ab auri puritate, & spissitudinem grossiorem quàm aurum. Cuius signum est, quod non condensantur partes eius in tantum, quòd auro compōderet: nec etiam ita fixam substantiam habet, vt aurum; cuius signum est diminutio eius per ignem: & sulphur eius, quod non est fixum, nec incōbustibile, causa est illius. Et quod sulphur in illo huius sit dispositionis, per illius paululam inflammationem probatur. Idem autem sulphur fixum ad aliud quidem & ad aliud relatum esse, impossibile non est autumandum. Lunæ enim sulphureitas ad auri sulphureitatem relata, non fixa & comburens est. Ad aliorum verò sulphur corporum relatum, fixa, & non comburens.

De natura Mauris.

CAPVT VIII.

SI verò fuerit ſulphur fixum terreum argento viuo fixo, terreo in natura commixtum, & hæc ambo non puræ ſed albedinis liuidæ fuerint: cuius ſuperantiæ quantitas ſit ſulphuris magna, generatur ex his ferrum. Et quia ſuperatio ſulphuris fixi in commixtione fuſionem prohibet. Ideoque ex hoc relinquitur ſulphur velociùs liquefactionis feſtinantiam per opus fixionis perdere, quàm argẽtum viuum. Non fixum vero videmus citiùs quàm argentum viuum liqueſcere. Ex his verò manifeſtatur cauſa velocitatis fuſionis & tarditatis in corporum vnoquoque. Nam quod plus de fixo habet ſulphure, tardiùs: quod vero plus de adurente, faciliùs & citiùs fuſionem ſuſcipit. Quod ſatis apertè à nobis foret monſtratum. Quod igitur ipſum ſulphur fixum tardiorem faciat fuſionem in corporibus, manifeſtatur per hoc quod ipſum nunquam, niſi calcinetur

netur:poteſt figi,& cũ fuerit calcinatũ: nullã dat fuſionẽ. Ergo in omnibus incluſũ,illã impedire debet. Quòd verò niſi calcinetur,non figatur,patet experimento illius qui illud figit,non calcinatum: quoniã ipſum inuenit ſemper fugere, donet in terram vertatur: cuius ſimilitudo eſt calcis naturæ. Hoc autem minimè in argẽto viuo contingit: quoniam figi poteſt abſque hoc quod in terram vertatur, & figi ſimiliter cum conuerſione illius ad terram ſcilicet poteſt. Nam per feſtinationem ad eius fixionem, quæ per præcipitationem ſublimationis perficitur, figitur, & in terram mutatur: Per ſucceſſiuam verò illius iterata vice ſublimationem per ignem temperatum, figitur ſimiliter,& non in terram vertitur, imo fuſionem dat metallicam & bonam. Hoc autem manifeſtum eſt, & ab illis probatum qui vtraſque fixiones illius experti ſunt, vſque in illius conſumationem, feſtinam præcipitationem & tardam per ſucceſſiuas ſublimationes.

Vidit

Vidit enim & inuenit sicut à nobis scriptum suscepit. Et ideò quoniam viscosam habet & densam substantiam; cuius signum est contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus aliis. Sentitur enim in illo manifestè viscositas illius per multam adhærentiam ipsius. Densam autem substantiam illud habere manifestè videt monoculus per illius aspectum, & per ponderositatem immensi sui ponderis cum in natura sua est. Et est similiter fortissimæ compositionis, vt sæpe narratum est. Ex his igitur relinquitur ipsum posse figi humiditatis consumptione, & absque hoc quod in terram conuertatur. Propter enim bonam partium adhærentiam & fortitudinem suæ cõpositionis, si quo modo partes illius semel inspissentur per ignem, vlterius non permittit se corrumpi; neque per ingressionem fumosæ flammæ in illud, se in fumum vlterius eleuari permittit: Quoniam rarefactionem sui non patitur, propter substantiæ densitatem, & caren-

carentiam aduſtionis; quæ per ſulphureitatem combuſtibilem, quã non habet, perficitur. Per hoc igitur inuenimus inuentione veridica duorũ ſecretorũ genus mirabile: Vnum ſcilicet triplicẽ cauſã corruptionis vniuſcuiuſq; metallorũ per ignem; quarũ prima eſt incluſio adurẽtis ſulphureitatis in profundo illorũ ſubſtãtiæ per inflãmationẽ illius totã ſubſtantiã corporũ diminuentis, & exterminantis in fumũ, vltima cõſumptione, quantũcunq; in illis argentũ viuũ bonæ fuſionis extiterit. Secunda verò cauſa eſt multiplicatio flãmæ exterioris ſuper illa & illa penetrãtis, & ſecũ in fumũ reſoluẽtis, cuiuſcunq; fixionis illa fuerint. Tertia verò cauſa eſt rarefactio ipſorũ corporũ per calcinationẽ. Tũc enim flãma ignis in ea penetrare poteſt, & ipſa in fumũ exterminare quantũcunq; ꝑfecta extiterint. Si igit̃ omnes corruptionis cauſæ conueniant, maximè corpora corrũpi neceſſe eſt. Si verò nõ omnes, remittitur corruptionis velocitas vniuſcuiuſ-

que corporis, ſecundùm remiſſionem illarum. Secundum genus huius ſecreti eſt bonitas quæ per ipſum argentum viuum conſideratur in corporibus. Quia argentum viuum propter nullas cauſas corruptionis & exterminationis ſe in partes compoſitionis illius diuidere permittit: quia aut cum tota ſui ſubſtantia in illo igne permanet ſtãs. Ideoq; notatur in eo neceſſariò perfectionis cauſa. Laudetur igitur ſublimis naturarum Deus benedictus & glorioſus altiſſimus qui creauit illud, deditque illi ſubſtantiam & ſubſtantię proprietates, quas non contingit ex rebus vllam in natura poſſidere, vt in illa poſſit inueniri hæc perfectionis per artificium aliquod quod in illo inuenimus potentia propinquam. Ipſum enim eſt quod ignem ſuperat, & ab igne non ſuperatur; ſed in illo amicabiliter requieſcit, eo gaudens.

De natura Aeris.

CAPVT IX.

Rede-

REdeuntes igitur ad propositum, dicimus quod si fuerit sulphur impurum, grossum, fixum secundùm sui maiorem partem: rubeum liuidum, secundùm totam non superans, neque superatum, & ceciderit super argentum viuum grossum & immundum ex eis æs creari necesse est. Horum itaq; omnium probationem adducere per data ex natura sua contigit. Nam cum illud ad ignitionem ponitur, manifestam ex eo flamam sulphuream discernere poteris; quæ vtiq; sulphuris non fixi est signum, & deperditio suæ quantitatis per exalationem. Sulphur verò fixum in illa consideratur per frequētem eius ignitionem & combustionē. Nam ex ea fit suæ fusionis retardatio & induratio suæ substantiæ: quæ signa sunt suę multitudinis sui fixi sulphuris. Quod illud autem sulphur sit rubeum liuidum, immundum, commixtum argento viuo immundo & feculento, significatur per sensum. Vnde alia probatione non indiget. Experimento au-

tem elicias secretum. Vides enim omnem rem caloris actione in terram vel cinerem mutatam cum facilitate solui, & in aquæ essentiam redigi. Hoc autẽ contingit propter partium subtiliationem ab igne. Res igitur magis subtilis in natura propria ad hanc terream naturam reducta magis subtiliatur. Igitur magis soluitur: ita & quæ maximè maximè. Ex his igitur patet causa corruptionis & infectionis horum duorum corporum Martis scilicet & Veneris: quoniam est per sulphuris multa quãtitate fixum, & non fixum: minus tamẽ in Venere, magis autem in Marte. Cum igitur sulphur per calorem in fixionẽ deuenit per calorem ignis, eius partes subtiliantur: sed pars illa quæ est in aptitudine solutionis suæ substantiæ soluitur; cuius signum est expositio horũ duorum corporum ad vaporum aceti vel alterius acuti. Nam per illud floret in superficie sua sulphuris ipsorum aluminositas per calorẽ in illis creatum & subtiliatũ. Et si posueris hæc duo corpora

pora in liquorem ponticum, soluẽtur de facili per ebullitionẽ in illo multæ illorum partes. Et si respexeris in mineris horum duorũ, manifestam inuenies ex eis solutam aluminositatis substantiã stillare, & in illis adhærere: quæ aluminositas per põticitatem & facilẽ solutionem in aquam probatur. Non enim ponticum & facilè solubile reperitur aliud quã alumen & salia, & quod suæ naturæ est. Nigredo verò in vnoquoque & maximè horum duorũ corporum, causatur per sulphur nõ fixum & inflam̃abile, quod in illis concluditur: multum quidem in Venere, parum verò in Marte, & ad naturã fixi approximãs. Ideoq; nõ de facili talẽ impressionẽ de Marte remoueri est possibile. Iam igitur patuit ex sulphure non fixo fusionẽ fieri & fusionẽ adiuuari: Ex fixo verò fusionẽ nõ fieri, & in omnibus fusionem impediri. Ex argẽto autẽ viuo fixo, nõ est necesse fusionẽ nõ fieri, nec fusionem impediri. Illud autem sciti necessariò verum esse, qui nullo inge-

cem fore in corporibus ſulphureitatē. Vnam quidem in profunditate argēti viui concluſam, in principio ſuæ creationis. Alteram verò ſuperuenientem ex accidenti, quarum altera cum labore tollitur. Alteram verò innatam, nullo artificiorum ingenio quod per ignem perficitur, poſſibile eſt tolli: ad quod poſſit noſtra operatio congruè ac vtiliter peruenire, cum iam ſecū in radice creationis vnita eſt. Et hoc experimento probatur quod ſulphureitatem aduſtibilem videmus per ignem deleri, ſulphureitatem verò fixam minimè. Si igitur dixerimus corpora calcinatione & reductione mundari & figi poſſe, intelligas vtique à terrea feculentia, quæ non cum illis in radice ſuæ naturæ ſeu profundo vnita eſt: Quoniam vnitam mundare per ignis ingenium nō eſt poſſibile, niſi illis adueniat argenti viui medicina, occultās & contemperans illam; aut illam de commixto ſeparans. Separatio autem terreæ ſubſtantiæ de commixto in ra-

dice naturæ metallo vnitæ fit; aut per eleuationem cum rebus substantiā argenti viui eleuātibus,& sulphur terreū dimittētibus propter conuenientiam cum eis,vt est tutia,& marchesita;quoniam fumi sunt, quorum maior pars argēti viui est quantitas quàm sulphuris. Et huius experientiam videre poteris;quoniam si forti & subita fusione tales spiritus coniunxeris cum corporibus, spiritus secum adducēt corpora in fuga sua:ideoq; cum eis eleuare poteris, aut cū lauatione per argenti viui commixtionē quam narrauimus. Argentū enim viuum tenet id quód suæ naturæ est,alterum verò respuit.

De natura Stanni.

Capvt X.

HAc igitur inuestigatione ꝓposita nostrū intentum prosequētes,dicimus:quòd si sulphur fuerit in radice cōmixtionis fixione pauca participās, album albedine non pura,non superās sed superatum, & ceciderit super argentum viuum impurū secundùm partem

tem fixum, secũdùm verò partem maiorem non fixum, album albedine impura, sequetur ex eis stannum. Et horũ probationem per præparationẽ inuenies. Quoniam si ipsum stannum calcinaueris, senties ex illo sulphureũ fœtorẽ: quod signũ est sulphuris non fixi in eo; & quia flam̃am non emittit sulphureã, ne putes illud ideo fixũ. Quoniã non propter fixionem, sed propter magnã quantitatẽ argenti viui ipsum superãs, in cõmixtione saluantis à cõbustione flam̃am nõ dat. Probatur itaque duplex in stanno sulphureitas, duplex argẽti viui substãtia. Vna quidem sulphureitas quæ cõbustibilis est: quia cũ calcinatur, fetet vt sulphur; per primã probatur experientiam. Alia verò probatur per cõtinuationem illius in calce sua ad ignem, quæ est magis fixa. Quare hæc similiter nõ fetet sicut alia. Probatur verò duplex argẽti viui substãtia in illo: quarũ prima ad fixionẽ approximat, quæ nõ stridet: altera fixa. Et hoc ꝑ experientiã est: quoniã ante illi⁹

calcinationem ſtridet; poſt verò triplicem ipſius calcinationem non ſtridet. Quod eſt; quia eius argenti viui fugitiua ſubſtantia ſtridorem faciens, euolauit ab eo. Quod verò argenti viui ſubſtantia ſit cauſa ſtridorem faciens, probatur per lauationem plumbi cum argento viuo. Quoniam ſi cum argẽto viuo plumbum lauetur, & poſt lauacrũ eius illud fuderis cum igne non ſuperante ſuæ fuſionis ignem, remanebit cum eo argenti viui pars; quæ plumbo ſtridorem adducit, & illud in ſtannum conuertet. Econtra verò per mutationem ſtanni in plumbum illud conſiderare potes. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & magnus illi ignis conueniens ad reductionẽ eius adminiſtrationem, in plũbum conuertitur. Maximè verò ſi in ſubtractione ſui ſcorij cum magno calcinatur igne. Et harum ſubſtantiarum diuerſitates certificari poteris cum inſtrumentis propriis, & ignis modo eas diuidentis; ad quem nos peruenimus

cum

cum instantia laboris. Et vidimus cum certificatione, nos verum per illud æstimasse. Quid igitur sit quod post remotionem duorum, non fixorum ex Ioue, scilicet sulphuris & argenti viui remansit te certum reddere nos expedit; vt completè cognoscas ipsius Iouis compositionem. Est igitur illud liuidum ponderosum, vt plumbum: maiori tamen albedine plumbo participans. Est igitur plumbum purissimum, & est in ipso æqualitas componentiũ, argenti viui scilicet & sulphuris. Non autem æqualitas quantitatis: quoniã in commixtione vincit argentum viuum; cuius signũ est, facilitas ingressionis in illud argenti viui in natura sua. Igitur si nõ maioris argenti viui in illo esset quantitas, nõ adhæreret illi in natura sua sumptum de facili. Ideoq; non adhæret Marti, nisi subtilissimo ingenio, nec Veneri propter paucitatem argenti viui in illis, in commixtione sua. Ex hoc igitur patet, quia difficilimè Marti adhæret: Veneri verò faci-

liùs, propter maiorem copiam argenti viui in ea: cuius signũ est fusio illius facilis. Martis verò difficilima. Fixio verò harum duarũ substantiarum ad firmá approximant fixionem: non autẽ propterea est perpetua. Et huius est probatio ipsius corporis calcinatio, & post calcinationem ad fortissimum ignem expositio. Nam per eum non fieret diuisio: sed tota ascenderet substantia, purificata tamen magis. Videmus ergo substantiam sulphuris in stanno adurẽtem faciliùs separari quàm in plumbo. Et huius experimentum vides per facilem Iouis indurationem & meliorationem sui fulgoris. Ideoquè cõsiderauimus hæc corrumpentia in radice sua non fuisse: sed ei postea aduenisse. Et quia in prima commixtionis radice non fuerunt illi multùm coniuncta, ideo facilè possunt separari: ideoque alterationes in eo sunt velocioris operis: mundificatio videlicet, induratio, & illius fixio. Et harum causas, per ea quæ iam à nobis tradita

sunt,

ſunt, manifeſtè conſiderare potes. Et quia poſt has operationes, calcinationis ſcilicet & reductionis, conſiderauimus in fumo ſuo per magnam violentiam ignis eleuato expreſſione : & vidimus illum ad citrinitatem pertingere. Et cum hoc ſit de proprietate ſulphuris fixi, æſtimauimus æſtimatione vera, in qua fuimus certificati, ſulphuris fixi naturam ſecum multã continere. Qui igitur voluerint in hac noſtra ſcientia videre veritatem, inueſtigationem horum omnium perſtudeãt cum ſedulitate operis, donec per eam principia ipſorum corporum & proprietatem ſpirituum inueniant, inuentione certa non coniecturali, quam tradimus in hoc noſtro volumine ſufficienter ad artis exigentiam.

De natura Saturni.

Capvt XI.

Reſtat nos igitur de Saturno deſcriptionẽ ponere : & dicimus, quod nõ diuerſificatur illius eſſentia & natura à Ioue, niſi quia immundiorem habet ſubſtan-

ſubſtantiam à duabus commixtis, ſulphuris ſcilicet & argenti viui. Et quia ſulphur in illo comburens eſt ſuæ argenti viui ſubſtantię magis adhæſiuum quàm in Ioue, & quod plus habet de ſubſtãtia ſulphuris fixi in ſua commixtione quàm Iupiter. Horum autem rationes per experientias manifeſtas adducemus. Quod igitur ipſum ſit maioris terreitatis & feculentię quàm Iupiter, manifeſtatur per viſum, & per lauationem eius cum argento viuo: in hoc quòd plus per lauacrum emanat feculentiæ terreſtris ab eo quã à Ioue. Item quia primum gradum calcinationis ſuſcipit faciliùs quã Iupiter; quod eſt ſignum multæ terreitatis in eo. Nã corpora pluris terreitatis, facilioris inuenimus calcinationis, & terreitatis paucæ, difficilioris calcinationis. Et huius eſt probatio, difficilima Solis calcinatio completa. Et quia non rectificatur emendaturuè eius fœditas per calcinationis & reductionis reiterationem ſicut in Ioue: quod eſt ſignũ maio-

maioris fœditatis in principiis eius ex natura ſua quàm Iouis. Quod verò ſulphuris quantitas combuſtibilis magis ſit argenti viui ſubſtantiæ adhæſiua in eò quàm in Ioue: ſignificatur per hoc quod non ſeparatur de eo in fumum quantitas notanda, quin ſit citrini coloris multæ citrinitatis; cuius ſimiliter eſt, quod in fundo inferiori ex eo remanſit; quod ſignum vtique eſt quod in profundo ſuæ ſubſtantiæ in radice creationis multum vnitum eſt. Neceſſariò igitur vnius trium eſſe ſignum relinquitur; aut nullius quantitatis ſulphuris combuſtibilis in eo, aut pauciſſimæ, aut multùm coniunctæ cum ſulphure fixo in radice ſuæ commixtionis. Sed certificati ſumus per illius odorem, ipſum alicuius eſſe quantitatis & non paucæ; imo multæ: quia non mouetur ab eo odor ſulphureitatis in breui tempore. Ideo conſiderauimus conſideratione vera, qua certi ſumus, ſulphur illius comburens ſulphuri nõ comburenti & ad naturam fixi approximanti

Quia igitur in Ioue est multa argenti viui quantitas non benè fixi, remanet in illo multum liquefactionis velocitas, & non remouetur ab illo faciliter. Causa vero molliciei similiter est duplex; argentum scilicet viuum non fixum, & sulphur combustibile. Quia igitur remouetur sulphuris superfluitas combustiua ex Ioue faciliùs quàm ex Saturno, ideo ex eo altera causarum molliciei remota, necesse est illud indurari celeriùs. Saturnus verò vtrasque molliciei causas fortiter habet coniunctas, ideóque non facilè induratur. Est tamen diuersitas in mollicie per argentum viuum, & mollicie per sulphur combustibile. Quoniam mollicies causata per sulphur combustibile est frangibilis vel cessiua: mollicies verò per argentum viuum non fixum causata, extensiua est. Et hoc necessariò probatur per hoc quod videmus corpora multæ quantitatis argẽti viui, multæ extensionis esse: corpora verò pauci, paucæ. Quare Iupiter faci-

liùs

liùs & ſubtiliùs extenditur quàm Saturnus: Saturnus facilius quàm Venus: Venus quàm Mars: Luna ſubtiliùs quàm Iupiter: Sol verò quàm Luna ſubtiliùs. Patet igitur quod cauſa indurationis eſt argentum viuum fixũ, & ſulphur fixum. Cauſa verò molliciei eſt oppoſitum. Cauſa verò fuſionis eſt duplex; ſcilicet ſulphur non fixum & argentum viuum cuiuſcunque generis. Sed ſulphur non fixum neceſſariò eſt cauſa fuſionis ſine ignitione. Et manifeſtè vides huius rei experientiam per proiectionem arſenici ſuper corpora difficilis fuſionis. Facit enim ea facilis fuſionis, & ſine ignitione. Cauſa verò fuſionis facilis eſt ſimiliter argentum viuum non fixum. Cauſa verò fuſionis cum ignitione eſt argentum viuum fixum. Sed cauſa impedimenti fuſionis cuiuſcunque eſt ſulphur fixũ. Per hoc itaque maximum poteris elicere ſecretũ: Quoniam cum plurimæ argenti viui quantitatis corpora maximè ſint perfectionis inuenta; pluris

igitur

igitur quantitatis argenti viui corpora à perfectione diminuta, magis perfectioni approximare necesse est. Itaque & quæ multæ sulphureitatis corpora, plurimæ corruptionis esse contingit. Quamobrem igitur ex iam dictis patet Iouem maximè perfecto approximare; cum perfectionis scilicet argenti viui plus participet. Saturnum verò minùs: minus verò adhuc Venerem: minimè verò Martem, quantũ ex causarum perfectionis dependet. Aliter autem cum medicina perficiente, & defectum supplente, & ad profundum corporis attenuante, & fuscedinem & turpitudinem illorum palliante & tẽperante, & fulgorem adducẽte, se corpora imperfecta habere contingit. Ex hac enim maximè perfectibilis Venus existit: minus verò Mars: adhuc minus Iupiter: minimè verò Saturnus. Ex his igitur repertum est laboris inuestigatione veridica, ex corporũ diuersitate diuersas inueniri cũ præparatione medicinas. Alia enim medicina eget du-

rum ignibile: alia verò molle & non ignibile corpus. Hoc quidem mollificante & ad profundum attenuante: illud verò indurante, & ad profundum inſpiſſante, & fuſionem cum ignitione adducente. Ex his igitur nos expedit ad medicinas tranſire, cum manifeſtis experientiis diuerſarum ponentibus nobis medicinarum cauſas inuentionis; & quid diminutum relinquant; & quid ad complementum deducant.

CAPVT. XII.

PRobauimus igitur ex meis ſermonibus ſpiritus corporibus magis aſſimilari & vniri, per hoc quod videmus eos magis corporibus amicabiliter quàm aliqua alia in natura. Per hoc enim adductum eſt nobis inuentione veridica hos ſpiritus eſſe corporũ alterationis medicinam verã. Ideoq; omni quo potuimus ingeniorum modo, nos ipſos exercuimus; vt per illos imperfectorũ vnumquodque corporum, mutatione firma & vera, in perfectum lunare & ſolare trãsformemus corpus.

Quam-

Quamobrem igitur ex iam dictis spiritibus medicinam diuersam ex diuersa alterandorũ intentione creari necesse accidit. Cum in igitur duplicis generis alterabilia; scilicet, argentum viuũ perfectè coagulabile, & à perfectione diminuta corpora, & hęc quidẽ multiplicia. Alia quidẽ dura ignibilia: alia vero mollia non ignibilia. Dura quidẽ ignibilia, vt Mars & Venus: mollia verò vt Iupiter & Saturnus. Necesse est igitur & medicinam similiter perficientem similiter multiplicem esse. Alia etenim eget argenti viui venâ illud coagulante & perficiente: Alia verò corpora transformanda. Item aliâ egent dura ignibilia, vt Venus & Mars: alia verò mollia non ignibilia, vt Saturnus & Iupiter. Hæc itaque vtraque vtriusque generis cum ad se inuicem differant in natura, similiter diuersa egere medicinâ, necessariò accidit. Vnius etenim generis Mars & Venus duriciei est: in speciali tamen quadam proprietate differunt. Est enim

hic non fusibilis: illa verò sic fusibilis. Item hic quidem ex toto liuidus & immundus: illa verò non. Item hic quidē albedine fusca: illa verò rubedine impura, & quidem viriditate participat: quæ omnia in medicina diuersitatem ponunt. Ideoq; alia quidem Mars, alia verò Venus medicinâ perficitur: Et hic quidem ex totò immundo: illa vero non: Et hic quidem quadam albedine fusca: illa vero rubedine & viriditate participat, quæ in medicina diuersitatis necessitatem imponunt consimiliter. Alterius autem generis, molliciei corpora sunt, scilicet Iupiter & Saturnus: cum hęc similiter differant, diuersa medicinâ similiter egere necesse est. Est enim hic quidem mundus, scilicet Iupiter: ille verò non. At verò & hæc quidem mutabilia omnia, nunc lunaria, nunc solaria efficiuntur corpora. Ideoq; necesse est vniuscuiusque duplicem medicinam fore. Vnam quidē rubeam in citrinum mutantem, scilicet in verum solare corpus. Alteram verò

verò albam, in album lunare corpus mutantem similiter. Cum ex quatuor igitur imperfectorum corporum vnicuique duplex medicina adinueniatur solaris videlicet & lunaris, Octo igitur in summa erunt medicinæ omnes corpora perficientes. Perficitur & similiter argentum viuũ in solare & lunare: ideoq; & medicinæ alterãtis illud duplicem differentiam habere cõtingit. Decem igitur erunt omnes medicinæ quas inuenimus cum instantia laboris, ad cuiuslibet imperfecti alterationem completam. Verum itaque cum diuturnitate, laboris instantiâ & magnæ indagationis industriâ exercitati sumus: & excusari volumus ab inuentionis labore harum decem medicinarũ secundùm ordinem vnius medicinæ. Et inuenimus inuentione longa, nec non & laboriosa, maximè multorum sumptuũ interpositione, & cum experientia veridica medicinam vnam, quæ quidem durum mollescit, & molle induratur corpus, & fugitiuum figitur, &

illustratur omne fœdum splendore inenarrabili,etiam eo qui supra naturam consistit. Ideoq; omnium harum medicinarũ expedit singulo sermone adducere narrationem & seriem suarum compositionũ cum causis suis & manifestis probationũ experientiis. Primũ igitur medicinarum decem seriẽ narrare; & dehinc quidẽ corporũ omniũ: Deinde verò argenti viui: dehinc verò & vltimò ad perficiẽtis magisterij medicinam transeundum. Cum tamen in casu præparatione indigeant imperfecta.Ideo ne propter artis insufficientiã seu detractionis ipsius mordeamur ab impiis afferamus imprimis narrationẽ de imꝑfectorũ cõrporũ prę parationibus,omniũ earũ inuẽtionis causas ponẽtes:quibus præparationibus ex nostro artificio efficiantur cõgrua,& ꝑfectionis albedinis & rubedinis in vnoquoque gradu medicinã possunt suscipere & ab eadem perfici. Dehinc verò addendũ medicinarum omnium narrationem sufficientem & congruam.

Capvt. XIII.

EX iam ergo à nobis narratis sermo-nibus apparet quid superfluum, quiduè diminutum natura ex suis operibus in corporibus metallorum relinquat in vnoquoq; eorum, quæ imperfecta sunt corpora, secundùm sufficientem partem: Secundùm verò cõplementum quæ in superioribus omisimus hîc complebimus sufficiẽte sermone. Cum igitur duplicis generis imperfectionis corpora cõtingat mutabilia fore: mollia scilicet & nõ ignibilia, vt Saturnus & Iupiter. Alia verò dura & nõ fusibilia, aut cum ignitione fusibilia vt Mars & Venus. Necessariò nobis natura informando edocuit ex illorum diuersitate, diuersas præparationes secundùm exigentiam illorum administrare. Sunt itaq; vnius generis transformanda imperfectionis corpora duo; plumbum scilicet nigrum quod in arte μέλαν id est nigrum vel Saturnus dicitur: & plumbũ album stridens quod Iupiter in hac arte vocatur,

quę à se inuicem sunt diuersa in sui occulti profundo ex radice suæ naturæ innata: & manifesto similiter: quoniam Saturnus fuscus, liuidus, ponderosus, niger, sine stridore totaliter mutus. Iupiter autem albus, liuidus parùm, multùm stridens & modicum sonum tinnitus adducens. Differentiam autem in profundo illorum cum manifestis experientiis & causis propriis tibi supra narrauimus. Ex quibus magis præparationis ordinē colligere bonæ mentis artificem contingit. Primò igitur secundùm ordinem corporū præparationem narremus. Postea verò & ipsius argenti viui coagulabilis. Sed & primò vnius generis molliciei scilicet: post hoc verò & alterius. Primi quidem generis corporum ponatur Saturni præparatio & Iouis: Postea verò & aliorum secundùm suum ordinem determinatum: quia in præparatione corporum nihil superfluum ex profundo ipsius remouendum: sed ex manifesto potius.

Caput XIIII.

SAturni verò præparatio multiplex adhibetur essentiæ, & Iouis simili- er per ipsorum multiplicem gradum erfectionis approximationis vel elõ- ;ationis gradum. Cum sit igitur aliud x corrumpentibus quidem quod in llorum profundo adueniens, ex suæ aturæ radice innata sulphureitatis cilicet terreitas; atq; argenti viui im- uritas in illorũ creationis principiis, ssentialiter commixta. Aliud verò su- erueniens, post primam illorum mix- ioné, corruptionem adducit. Et sunt es primi generis, sulphureitas com- urens, & illius impuritas, & argenti iui substantia fœda & immunda: quæ mnia sunt Saturni & Iouis substantiã orrumpentia. Sed horum quidem al- erũ impossibile & remoueri per me- licinam aliquam primi ordinis alicu- us industriæ, vel per aliquod artificiũ uod igne perficitur. Alterum verò aruo adminiculo remoueri contin- it. Hoc quidem remouendum esse

impoſſibile aduenit , propter hoc quod in principiis naturæ propriæ huius generis corporum in veram eſſentiam commixta fuerunt, & vera eſſentia facta ſunt. Ideoq; cum non ſit poſſibile veram rei cuiuſque in natura remouere eſſentiam re permanente, nõ fuit ab eis poſſibile, hæc corrumpentia delere. Quamobrem putauerunt quidam Philoſophorum per hoc ad artem non poſſe perueniri. Sed nos quidem & noſtro tempore ad hanc inquirẽtes ſcientiam, peruenimus: quod & ſimiliter nullo ingeniorum præparationis modo, potuimus corpora illuſtrare cum complemento ſui fulgoris lucidi, quin contingeret illa ex toto corrumpi, infici, & penitùs denigrari potius. Quapropter & nos ſimiliter in ſtuporem adducti multi temporis ſpacio ſub deſperationis vmbraculo delituimus. Redeuntes igitur ad cor noſtrum, noſipſos torquentes immenſæ cogitationum meditationis afflictionibus reſpeximus à perfectione corpora

pora diminuta in profundo suæ natura fœda existere: & nihil ex eis fulgidum inueniri, cum in eis secundùm naturam non sit. Non enim inuenitur in re quod in illa non est. Cum igitur nihil perfecti in illis inueniatur; necessariò & in eisdem nihil superfluum inueniri relinquitur in diuersarum substantiarum separatione. Ideóque per hoc cōsideramus & inuenimus aliquid diminutum in illis fuisse, quod compleri necessariò accidit, per medicinam sibi conuenientem, & diminutum in illis complentem. Est igitur diminutum in illis, paucitas argenti viui, & non recta spissatio eiusdem. Igitur complementū erit in illis argenti viui multiplicatio, & spissatio bona, & fixio permanens. Hoc autem per medicinam ex illo creatam perficitur. Hæc enim cum ex argento viuo fuerit in esse deducta, per illius beneficium, luciditate splendoris illorum fuscedinem palliando celat, & tegit, & splendorē adducit, & in fulgorem cōuertit.

Cum

Cum enim argentum viuum in medicina præparatum per noſtrum artificium ſit mundatum , & in ſubſtantiam puriſſimam & fulgidiſſimam redactũ; proiectũ ſuper diminuta à perfectione corpora,illuſtrabit & ſua fixione perficiet,ſuaq; puritate conuertet & firmabit perfectione completa. Hanc verò medicinam infra completè narrabimus ſermone ei conueniente. Relinquitur itaque ex præiacentibus neceſſariò duplicem fore perfectionis inuentionem neceſſariam. Vnam quidẽ per medicinam quæ de cõmixto ſubſtantiam fœdam ſeparet: alteram verò per medicinam, quæ illam ſui fulgoris ſplendore palliando tegat,& illuſtrando perficiat. Cum nihil igitur ſuperfluum, ſed potiùs diminutum in profundo corporum contingat reperiri: ſi quid poſt primam mixtionem tamẽ ſuperflui remoueri expedit , neceſſe eſt id quod in manifeſto ſuę naturæ ſuperuenit,tolli. Quod remoueri diuerſis cum præparationibus; quas in hac

ora-

oratione nos expedit enarrare, necesſariò continget. Primùm quidem in eadem oratione Iouis & Saturni: Vltimò vero & aliorũ, ſecundùm ordinẽ.

De præparatione Saturni & Iouis.

CAPVT. XV.

PRæparantur igitur Saturnus & Iupiter præparationibus multiplicibus ſecũdùm maioris perfectioni approximationis neceſſitatem. Et hoc duobus modis; communi ſcilicet & ſpeciali præparationis modo. Communis quidem eſt per gradus approximationis ad perfectionem multiplices. Eſt enim vnus gradus approximationis fulgor & ſubſtantia munda. Alter verò durities cũ ſuæ fuſionis ignitione. Tertiò verò fixio per remotionem fugitiuæ ſubſtantiæ. Mundificantur igitur & fulgida fiunt tripliter; aut per res mundificantes; aut per calcinationis modũ & reductionis; aut per ſolutionem. Per res igitur depurantes mundantur dupliciter; aut in calce redacta; aut in natura corporum. In calce

verò redacta purificantur per hũc modum;aut per ſales,aut per alumina, aut per vitrum. Et eſt,vt cum corpus ſcilicet Iupiter & Saturnus calcinatus extiterit; tunc infundatur ſuper eorum calcem aluminum , aut ſalium aqua: aut commiſceatur cum ea vitrum tritum & reducatur in corpus.Hoc igitur totiens ſuper hæc corpora alternata vice reiteretur, quouſq; munda complete ſe oſtendant. Nam cum ſales, & alumina & vitrum fundantur fuſione alia quàm corpora: ideo ab illis ſeparantur & ſecum terream ſubſtantiam educunt, relicta ſola corporum puritate. In natura verò corporum ſimiliter, & per eundem depurantur modum. Et eſt, vt limentur ſubtiliſſimè hæc duo corpora. Poſt hoc verò cum eiſdẽ adminiſtrentur aluminibus, ſalibus, & vitro videlicet, & poſtea in corpus reducãtur: & ſic alternata vice reiteretur,quouſq; mũdiora appareãt. Mundantur & per argenti viui lauacrũ, modum cuius attulimus. Mundificantur

tur & hæc similiter vtriusque generis corpora per reiterationis vicem calcinationis ad illa: & reductionis similiter cum sufficientia sui ignis, quousq; mundiora appareant. Per hanc enim mundantur à perfectione hæc diminuta corpora duplici corrũpente substãtiâ: hac quidem inflammabili & fugitiua: illa verò terrea feculentia. Et illud ideo; quoniam ignis omnem fugitiuam substantiam eleuat & consumit. Et idẽ ignis similiter in reductionis modo omnem substãtiam terræ diuidit cũ proportione sua. Et hanc proportionem in alio nostro volumine, quod de inquisitione artis intitulatur conscripsimus, quod secũdum ordinẽ immediatè hunc præcedit librum. In illo enim quæcunque inuestigauimus, secundùm nostræ mentis rationẽ scripsimus. Hîc verò quod vidimus & propriis manibus tetigimus completè secundùm scientię ordinem determinauimus. Mundificantur & hæc vtique similiter per solutionẽ suæ substãtiæ: cu-

ius

ius modum iam diximus, & per reductionem similiter eius quod ex eis dissolutum extiterit. Inuenitur enim illud mundius & perfectius quàm alio quoquam præparationis genere hoc eodem præparationis modo. Et huic modo nõ comparatur modus, nisi qui per sublimationem perficitur, & ideo huic æquipollet. Est & similiter præparatio in illis induratio suæ mollis substantiæ, cum ignitione suæ fusionis. Et est vt ingeniemur in illis permisceri & vniri argenti viui substantiam fixàm in profundo illorũ: aut sulphuris fixi, aut sui cõparis corporis fixi, aut alteri⁹ rei duræ, & nõ fusibilis: sicut est calk. marchesita, & tutia. Hæc etenim cum illis vniuntur & amicantur, & illa indurant, quousque non fundantur antequam igniantur. Item per medicinam perficientem hoc idem completur similiter, cuius cõpositionem tibi in sequentibus apertè demonstrabimus. Et est similiter alius præparationis modus illorum duorum corporum, per remotionem

tionem suæ fugitiuæ substantiæ: Et hic quidem perficitur per cõseruationem illorum post primum illum calcinationis gradum in igne illis proportionali. Et quia ordo in modis præparationis contingit necessariò; ideo ponamus ordinem completũ ex illis. Primò igitur mundetur ex eis omnis substantia fugitiua & adustiua corrumpens. Dehinc verò terrea superfluitas deleatur. Post hoc soluantur & reducantur: aut per lauacrum seu commixtionem argenti viui lauentur complete. Et hic ordo vtilis & necessarius est. Specialis attamen horum corporum præparatio, primum quidem Iouis est multiplex. Vna quidem per calcinationem, & per hanc induratur eius substantia magis; quod Saturno non euenit. Etiam per alumina similiter, vt supra narrauimus. Hæc enim propriè Iouem indurant. Altera verò per conseruationem eius in igne suæ calcinationis. Per hanc enim stridorem amittit & corporum similiter fractionem: quod Satur-

no similiter nõ contingit; quia stridorem non habet, nec corpora frangit: Et per calcinationis & reductionis reiterationem; similiter ab acuitate salis & aluminum stridorem amittit. Saturni verò secundariò est præparatio specialis; scilicet per calcinationem & salis acuitatem. Per hanc enim induratur & dealbatur. Induratur & similiter per Marchesitam & Tutiam. Modos verò omnes præparationum determinauimus completiùs in libro qui de perfectionis inuentione intitulatur: quoniam in hoc abbreuiauimus summas illarum.

De præparatione Veneris.

CAPVT XVI.

IMitantes igitur præmissorum ordinem, duorum corporum præparationes narremus. Primò igitur Veneris: Deinde verò Martis: Est igitur Veneris multiplex præparationis modus. Alius quidem per eleuationem: Alius vero sine eleuatione perficitur. Per eleuationẽ verò est modus scilicet vt accipi-

accipiatur Tutia cũ qua Venus magis cõuenit, & secum per ingenia vniatur. Deinde verò in sui sublimationis vase ponatur ad sublimandũ : & per excellentissimum gradum ignis, eius eleuetur pars subtilior; quę fulgidissimi splẽdoris inuẽta est. Vel cũ sulphure misceatur per minima, & postea eleuetur per modum suum eleuationis iam dictum. Sine sublimatione verò præparatur; aut per res mundificationẽ facientes; aut in calce sua; aut in corpus velut tutia, sales, & alumina; aut per argẽti viui lauacrum, cuius modum attulimus; aut per calcinationes & reductiones, vt in alijs narratum est; aut per solutiones & reductiones eius quod solutum est, ad naturam corporis; aut per argenti viui lauacrum mundificatur, sicut & corpora reliqua à perfectione diminuta.

De præparatione Martis.

Caput XVII.

Martis verò pręparatio est similiter multiplex. Quędam enim ꝑ subli

mationé: quędã verò ſine ſublimatione completur. Quæ verò per ſublimationem, fit cum arſenico: cuius modus hic eſt. Ingeniemur quàm profundius poſſumus eidem arſenicum non fixum vnire, vt cum fuſione ſecum liqueſcat. Poſtea verò ſublimetur in vaſe proprię ſublimationis: Et hæc præparatio melior & perfectior inter cæteras reperitur. Eſt & alia præparatio ipſius Martis per Arſenicum ſublimatũ ab eo multotiens; quouſque maneat quantitas aliqua ipſius arſenici. Hic enim ſi reductum fuerit emanabit album, fuſiſibile, mundum, præparatum. Eſt & ſimiliter modus tertius præparationis eiuſdẽ per fuſionem illius cum plumbo & tutia. Ab his enim fluit mundum & album. Sed quoniam ne minùs ſufficienter dixiſſe videamur, cum nos determinaturos eſſe promiſimus de durorum corporum ingenioſa mollificatione, atque mollium induratione per calcinationis modum; ideo illum non omittamus; ſed mollium quidem

primò,

primò, durorum verò postea. Et est scilicet vt soluatur argentum viuum præcipitatum; & soluatur corpus calcinatum, de cuius intentione sit indurari. Et hæ ambæ solutiones misceantur, & ex his alternata vice calcinatum corpus misceatur terendo & imbibendo, & calcinando, & reducendo; quousq; durum fiat cũ ignitione fusibile. Hoc idem & cum calce & tutia, & marchesita calcinatis solutis & imbibitis perfici complete cõtingit. Et quantò quidem hæc mũdiora, tantò & perfectiùs mutant. Mollificantur & similiter dura corpora cum ingenio consimili. Et est scilicet vt cum arsenico totiens coniungantur & sublimentur: & post arsenici sublimationem assentur cum proportione sui ignis. Cuius modum narrauimus in libro fornacum. Et vltimò reducantur cum expressione sui ignis in oratione sui dicti; quousque in fusione mollescant secundùm exigentiam duriciei corporis. Et hæ quidem alterationes omnes sunt primi ordi-

nis; sine quibus non perficitur magisterium.

De mundificatione Argenti viui.

CAPVT XVIII.

Igitur ex præmissis necesse est argenti viui mundificationem completè narrare. Dicimus igitur quoniam argentum viuum mundatur dupliciter; aut per sublimationem, cuius attulimus modum; aut per lauacrum, cuius modus hic est: Fundatur argẽtum viuum in patella vitrea vel lapidea, & super ipsum aceti quantitas superspargatur, quod sufficiat ad illud cooperiendum. Dehinc verò super lentum ignem ponatur, & calefieri permittatur in tantũ vt digitis tractari permittat. Deinde verò digitis agitetur quousq; in partes minutissimas diuidatur, in pulueris similitudinẽ; tam diu agitetur quousq; aceti totũ quod in illo infusum est consumetur omnino. Deinde verò quod in eo terreitatis inuentũ sit, lauetur cũ aceto & abijciatur. Totiẽs igitur super illud opus reiteretur,

quous-

quousq; terreitas illius in cœlestinum mutetur colorem perfectissimũ; quod perfectæ lauationis est signum. Ab his igitur ad medicinas est transeundum.

De medicinis trium ordinum.

Capvt. XIX.

Præsuppositum primum.

AFferamus igitur imprimis sermonem vniuersalem in medicinis cũ causis suis & experientiis manifestis. Innuimus igitur quòd nisi quidẽ omne superfluum siue per medicinã, siue per præparationis modum auferatur ab imperfectis, non perficietur; scilicet vt ab illis tollatur omnis superflua sulphureitas, omnisque terreitas immunda: Ita scilicet quod de commixto non separentur in fusione post proiectionem medicinæ alterantis illa. Cum hoc quidem inueneris iam ex perfectionis differentiis vnam habes.

Præsuppositum secundum.

Similiter vtique, nisi & medicina illustret & alteret in colorem album aut citrinum secundùm intentionem

quam quæris', quæ fulgoris splendorę amœnitatis luciditatem adducat; non perficiuntur à perfectione corpora diminuta in complemento totaliter.

Præsuppositum tertium.

Amplius autem & nisi fusionem lunarem aut solarem determinatè adducat, non est in complemento alterabile: Quoniam in iudiciis non quiescit, sed de commixto separatur omnino & recedit. Hoc autem à nobis latiùs determinatum, in sequentibus demonstratur in causa de cineritio. Amplius autem & nisi perpetuetur medicina cum impressionis alteratione firma, non valet ipsius mutatio: quoniam nō permanet, sed euanescit impressio.

Præsuppositum quartum.

Amplius autem & nisi pondera perfectionis adducat, nō mutat sub complemento naturæ firmo & vero, cui non sit fraus per credulitatis errorem. Est enim pondus naturæ, vnum ex perfectionis signis. Patet igitur cum perfectionis differentiæ quinque sint necesse

cesse est & medicinam nostri magisterij, has scilicet adducere in proiectione differentias. Per hoc igitur patet ex quibus materia nostra eliciatur. Nam per ea elicitur quæ maximè corporibus adiungũtur, & amicabiliter eisdem in profundo adhærent alterantia. Ideoque cum in rebus cæteris exquirentes, non inuuenimus inuentione nostra, rem aliam magis quàm argentum viuum corporum naturis amicari. Per hoc opus nostrum in illo impendentet reperimus ipsum esse verã alterabilium medicinam in complemento cum alteratione vera & non modicè peculiosa.

Præsuppositum quintum.

RESTAT igitur nos substantiam ipsius & proprietatis substãtiæ differentias determinatè adscribere. Et cum non inuenerimus ipsum sine alterationis naturæ illius administratione mutare; inuenimus & similiter ipsum præparari debere necessariò, cum non permisceatur in profundo absq; illius

præparationis modo. Et eſt ſcilicet, vt talis fiat illius ſubſtantia, quod permiſceatur in profundo vſque ad profundum corporis alterabilis ſine ſeparatione in æternum. Hoc autem non fit niſi ſubtilietur valde cum præparatione determinata & certa in capitulo ſublimationis: Et non permanet eius impreſſio ſimiliter niſi figatur: Nec illuſtrat niſi fulgidiſſima ex illo eliciatur ſubſtantia cum ſui modi ingenio, & modo ſuæ operationis per ignem congruum. Et non præſtat fuſionem perfectam, niſi in illius fixione adhibeatur cautela, cum hac dura remollire, & mollia indurare. Eſt tamen talis vt cum ſufficientia ſeruetur ſuæ humiditatis proportionatæ ſecundùm exigentiam eius quæ quæritur fuſionis. Per hoc ergo patet quod ipſius talis præparetur & adminiſtretur præparatio, qua fulgidiſſima & mundiſſima ſubſtantia ex illo creetur. Deinde verò figatur & cautela eidem exhibeatur; vt ſcilicet exercitetur artifex

fex

fex in administratione ignis in modo suæ fixionis: quo possit ex illo deleri humiditas in tantum quod sufficiat ad fusionem perfectam complendam. Et est scilicet, vt si quæris per hanc corpora fusionis dura mollificari in principio suæ creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis est conseruatiuus, & fusionis perfectiuus. Si vero mollia indurare, ipsius componatur ignis vehemens. Talis enim ignis humiditatis est consumptiuus & fusionis turbatiuus. Et has quidem regulas omnes in omni medicina bonæ mentis artificem necessariò considerare expedit. Et multas similiter alias in ponderis mutatione considerationes adducere necesse est cum causis suis, & ordine congruo. Est igitur causa ponderis magni subtilitas substantiæ corporum, & vniformitas in essentia. Per hoc enim tantum illorum possunt densari partes, cum nihil intercidat: & partium densatio pōderis est adductio & illius

illius perfectio. Patet igitur quod tam corporum administrationis præparatione, quàm ipsius perficientis medicinæ modo per operis artificia subtilitatem perquirere necesse contingit. Quoniam quantò maioris ponderis sunt corpora transmutata, tantò & maioris sunt perfectionis, inuenta inuestigatione per artem. Completur igitur sermo vtilis de medicinis; si omniũ medicinarum differentias narremus. Innuimus quidem quod medicinarũ triplicem differentiam esse necessariò accidit. Alia est primi ordinis; alia verò secundi, alia verò tertij. Dico autem primi ordinis medicinã, omnem præparationem mineralium, quæ super diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationem imprimit: quæ non adducit complementũ sufficiens, quin cõtingat alteratũ mutari & corrumpi cum euaporatione impressionis medicinæ illius totali; sicut est omnis sublimatio dealbatiua Veneris aut Martis quæ fixionem non suscepit: Et huiusmodi

modi eſt omne additamentum coloris Solis & Lunæ, aut Veneris commixtorum, ſuper furnum cementi poſitum zimar & ſimilium. Hic enim mutat immutatione non ſtante, ſed potiùs diminuente ſe per exhalationem. Secundi verò ordinis medicinam dicimus omnem præparationẽ quæ quando ſuper diminuta à perfectione corpora, proiecta eſt, alterat in differentiam aliquam cõplementi relictis differentiis aliquibus corruptionis omninò: velut eſt calcinatio corporũ qua omne fugitiuum deletur. Et eſt huius generis medicina perpetuè Lunam citrinans; aut perpetuè Venerem dealbans; relictis aliis in eis corruptionis differentiis. Tertij verò ordinis medicinam appello omnem præparationẽ quæ quando corporibus aduenit, omnem corruptionem cum proiectione ſua tollit, & cum omnis complementi differentia perficit. Hæc autem eſt vnica ſola. Et ideo per illam excuſamur à laboribus inuentionis decem medicinarum

narum ſecundi ordinis. Primi igitur ordinis opus minus appellatur, Secundi verò medium. Tertij verò maius. Et hæc eſt omnium medicinarum differentia ſufficiens.

De differentijs medicinarum primi, ſecundi, & tertij ordinis, & primò: De medicinis Primi ordinis.

EX ordinis igitur determinati promiſſione ſecuta. Cum quidem alia ſit medicina corporũ, alia verò argenti viui. Et corporum quidem alia primi ordinis; alia verò ſecundi; alia verò tertij: & argenti viui conſimiliter. Narremus igitur omnium medicinarum differentias primi ordinis; deinde verò ſecundi; deinde verò tertij. Corporum quidem primò: poſtea verò in argenti viui medicina cum ſermone completo & ordine congruo narrationẽ tradamus. Dicimus igitur quoniam primi ordinis medicina corporum, alia eſt durorum corporum, alia mollium. Durorum quidem corporum, alia Veneris, alia Martis, alia verò Lunæ.

Lunæ. Veneris quidem & Martis pura illorum substantiæ dealbatio : Lunæ verò rubificatio cum citrinitate fulgoris amœni. Quoniã Veneri & Marti rubificatio non adducitur primi ordinis medicinâ cum fulgoris apertione. Quoniam ex toto immunda sunt, non apta rubedinis fulgorem recipere prius usquam illis adueniat præparatio fulgorem adducens. Narremus igitur in primis Veneris medicinas omnes: postea verò Martis, quæ cadunt in ordine primo. Est igitur medicina Venerem dealbans, alia per argentum viuum, alia per arsenicum. Per argentum viuũ quippe sic completur medicina dealbans illam. Soluitur etenim primò argentum viuũ præcipitatum, & soluitur similiter Veneris calcinatio: Et hæ ambæ solutiones cõmiscentur in vnũ; dehinc verò coagulantur, & super ipsius corp⁹ proijciatur medicina. Hæc enim dealbat & mundat. Amplius autẽ & aliter soluitur præcipitatum argentum viuum, & soluitur litargirium. Et hæ

ambæ

ambæ ſolutiones coniunguntur in v-
num,&ſoluitur corporis calcinatio,de
cuius intentione ſit dealbari; & con-
iungatur cum prædictis ſolutionibus:
& deinde coagulantur: Dehinc verò
ſuper illius corpus proijciuntur.Deal-
batur enim per hāc. Aliter autem ſub-
limatur alternata vice ex illius cor-
pore argenti viui quantitas, quouſque
cum illa permanet argenti viui pars;
cum ignitione completa.Dehinc verò
ex aceto diſtillato ſæpiſſimè imbiben-
do teratur, vt in ꝓfundo illius melius
commiſceatur.Ab hinc verò aſſetur,&
vltimò conſimiliter ab argento viuo
ſublimetur,& iterato imbibatur, & aſ-
ſetur.Et ſic totiens reiteretur opus ſu-
per illā, quouſque multa argenti viui
quantitas in eo cū ignitione completa
quieſcat. Hæc enim primi ordinis bo-
na eſt dealbatio. Aliter autem ſuper
argentum viuum præcipitatum totiēs
ſublimetur argentum viuum in naturā
propria,quouſque in illo figatur,& fu-
ſionem præſtet.Dehinc verò ſuper ve-
neris

neris substantiam proijciatur, & dealbatur peculiosè. Aliter enim soluitur Luna, & soluitur litargirium, & coniũgantur solutiones. Ex his Veneris substantia dealbatur. Sed & meliùs quidem dealbatur, si in omnibus medicinis perpetuetur argentum viuum. Dealbatur verò per arsenicum sublimatũ: Vt si accipiatur calcinatio Veneris & super illam iteretur eiusdem sublimatio, quousque secum maneat, & illam dealbet. Sed nisi ingeniaueris teipsum cum modis sublimationum, non perseuerabit in ea arsenicum alteratione aliqua. Et est scilicet; vt post primum sublimationis gradum secundariò reiteres, quem narrauimus in marchasitæ sublimatione. Dealbatur verò & aliter; Sublimatum arsenicum in Lunã projicias: dehinc verò hoc totum supra Venerem. Dealbat enim peculiosè. Aut commisce prius litargirium vel plumbum vstum solutum cum Luna: deinde verò super hoc arsenicum superiactet. Et hoc totum super Vene-

rem proiectum dealbat. Est est primi ordinis bona dealbatio. Aut solum super litargirium solutum & reductum proijciatnr arsenicum sublimatum, & hoc totum super Veneris fusionem: quoniam dealbat eam cum curialitatis aspectu. Aut commisceantur Luna & Venus, & super has proijciatur omnis medicina dealbatiua. Luna etenim amica est arsenici magis quàm corporum aliquod: & ideo fractionem ab eo tollit: Secundariò verò Saturnus: & ideo cum illis commiscemus. Aliter autem arsenicum fundimus sublimatum, quousq; fiant frusta. Deinde verò frustum post frustum super Venerem proijcimus. Iubemus etenim in frustis potius quàm in puluere proijci: Quoniã faciliùs inflammatur puluis quàm frustum: Et ideo faciliùs euanescit quàm frustũ, & cõsumitur priùs quàm super corpus cadat ignitum. Tollitur autem & aliter rubedo illius, cum tutia videlicet, & dealbatur. Sed quia tutiæ dealbatio non sufficit, ideo solùm

lùm citrinat, & citrinatio quælibet albedini eſt affinis. Et eſt modus huius, ſcilicet vt ſoluatur & calcinetur omne genus tutiæ: deinde verò Venus,& hæ ambæ coniungantur ſolutiones : Et cum his citrinetur Veneris ſubſtantia. Et cum tutia ſi exercueris, proficuum inuenies. Dealbatur verò per ſublimatam marcheſitam , quemadmodum cum ſublimato argento viuo ; & eſt modus idem.

Dealbatio Martis.

CAPVT XXI.

Reſtat ergo & dealbationis Martis ex medicinis ſibi propriis creatas narrare: quæ ſunt ſecundùm eſſentiam primi ordinis; ſecundùm quem fuſionem non habet rectam. Ideo expedit nos cum medicina fundente illam dealbare. Eſt igitur omnis medicina Veneris dealbatiua & Martis ſimiliter, cum eiuſdem ordinis præparatione. Sed fuſiua illius ſpecialis eſt arſenicũ,cuiuſcunq; generis. Cum quocũq; igitur dealbatur & funditur, expedit

quod cum argento viuo coniungatur & lauetur; quousque omnis impuritas tollatur ab illo & fiat album & fusibile. Aut calefiat cum ignitionis vehementia, & super ipsum eijciatur arsenicum, & cum fusum fuerit illum proijce in Lunæ quantitatem: Quoniam quando secum vnitur non separatur ab eo per leue artificium. Aut calcinetur & lauetur omnis ex ipso solubilis aluminositas corruptionis infectionem adducens per modum solutionis iam dictum. Dehinc verò ab illo sublimetur arsenicum mundatum per sublimationem aliquam, & reiteretur multotiens quousque secum tali quòd ex illo figatur. Dehinc verò cum solutione litargirij alterna vice imbibatur commiscendo & agitando & assando alterna vice: & vltimò reducendo cum igne, quem docuimus in Iouis reductione à calce sua. Ex hac enim exibit albus & mundus fusibilis. Aut solùm cum arsenico sublimato in calce sua reducatur, & exibit albus & mundus fusibilis. Sed can-

eandem artificem expedit exhibere cautelam, quemadmodum in Veneris reiteratione sublimationis ab ea arsenici figentis se in illius profundo docuimus. Dealbatur & similiter per marchesitam & tutiam, cum ingenio & industria quæ tibi narrauimus. Sed horum dealbatio aut mundatio non est sufficientis.

De medicina Lunam citrinantis.

CAPVT. XXII.

PRosequentes igitur præmissorum ordinem Lunæ medicinam substãtiam citrinantem in ordine primi generis narremus cum veritate certa. Et est scilicet medicina quæ eidẽ in profundo adhæret, & adhærendo colorat; siue per naturam propriam, siue per artificium huius magisterij. Narremus igitur medicinam quæ ex sua radice innata illi adhæret. Deinde vero artificia per quæ facimus rem cuiusq; generis adhærere cum ingressione firma. Elicimus autem illam aut ex sulphure, aut ex viuo argento, aut ex am-

borum commixtione: sed per sulphur diminutè quidem magis, per argẽtum verò viuum perfectiùs. Elicitur autem & similiter per quasdam res minerales inutiles, quæ non sunt huius generis: quemadmodum est vitriolum & cuperosa, quæ & gum̃a cupri aut eiusdem stillicidium nuncupatur. Afferamus igitur in proximis modos omnes medicinarũ, quę ex argento viuo consurgunt: Deinde verò quæ ex sulphure aut ex amborum commixtione: Vltimò verò & quæ ex gumma cupri aut similium. Est igitur modus eius, quæ per argentum viuum fit, talis. Sumatur præcipitatum per præcipitationem eius mortificatum & fixum: Deinde verò ponatur in furnum magnæ ignitionis, admodum conseruationis calcium quem docuimus, donec rubescat in similitudinem vsifur. Si verò non rubuerit tolle argenti viui non mortificati partem, & cum sulphure reitera sublimationem illius. Sit tamen sulphur omni impuritate mundatum

datum,& viuum similiter argentum. Et postquam vigesies illius sublimationem reiteraueris super ipsum præcipitatum, illud dissolue cum aquarum acumine dissoluente; & iterato illud calcina,& iterato dissolue, donec exuberanter sufficiat. Post hoc Lunæ partem dissolue, & cum soluta fuerit, solutiones commisce & coagula,& super Lunæ fusionem proijcias. Citrinabit enim citrinitate multùm peculiosa. Si verò argentum viuum in præcipitatione rubuerit, ad proiectionem suæ perfectionis sufficit administratio dicta, sine commixtione rei tingentis illud. Per sulphur verò rubificatur; sed illius est rubificatio difficilis & laboriosa immensè. Citrinatur verò & Luna, cum Martis solutione similiter. Ad hoc nos inducit operis necessitas vt priùs calcinemus illud,& figamus; quod laboris est copia. Dehinc vero hac eadem præparatione administremus, & eadem proiectione super Lunæ substantiam infundamus:& tamen non resul-

tat eius citrinatio fulgens, imo fusa, & liués, & citrinitate mortifera. Eius verò quæ per vitriolum aut coperosam perficitur, citrinationis modus est talis. Tollatur illorum vniuscuiusque quantitas certa, & illius sublimetur pars, quæ sublimari potest; donec cum expressione sublimetur totali. Post hoc verò iterato, quod sublimatum est sublimetur cum modo ignis illi appropriati, vt ex eo figatur pars post partẽ, donec maior illius figatur pars. Postea verò calcinetur cum ignis cautelæ intentione vt possit illi maior ignis ad perfectionem administrari. Post hoc verò soluatur in aquam rubicundissimam cui non est par. Dehinc verò ingenieris, vt illi ingressum in lunare corpus exhibeas: Et hæc ingenia tibi sufficienter monstrata sunt, si perfecti fueris operis exquisitor quod scripsimus. Et quia res huius videmus Lunæ profundè & amicabiliter adhærere, considerauimus, & est certum has esse de illorum radice, & ideo per illas alterare

rare

rare contingit. Hæ vtique sunt medicinæ omnes primi ordinis quas attulimus. Possunt tamen illarum plures multiplicari modi, salua pigmentaliũ rerum in modorum varietate essentia. Argenti quippe viui non est medicina in hoc ordine primo: cum non sit medicina ipsum alterans vnica differentiâ, imo in complemento totali omnino. Quidam verò plures inuenerunt medicinas, sed vnum ex duobus necessariò euenire contingit: Quoniam aut ex eisdem, aut ex eandem naturam habentibus illos medicinam creare necessarium est. Aut medicinam componunt quę ei, quod non est, æquipollet cũ alteratione sua; & quæ nec mundo confert, nec mundi partibus, donec motor in sublimi naturæ mobili quieuerit incorruptus.

De medicinis secundi ordinis.
Capvt. XXIII.

Restat nos igitur ad secundi ordinis medicinas transire cum sermonis sui exigentię sufficientia vera &

manifestis probationibus cum experientia vera. Cum sit igitur medicina alia corporum mutandorum; alia verò argẽti viui perfectè coagulabilis. Prins tamen omnium medicinas corporum narremus completè. Dehinc vero ad ipsius eiusdem argẽti viui medicinam coagulabilis in solificum lunificumq; verum. Est igitur secundi ordinis medicina, quæ quidem imperfecta sola perfectionis vnita differẽtia complet. Verùm cum multæ sint corruptionis causæ in vnoquoque imperfectorum corporum, videlicet in Saturno quidẽ sulphureitas volatiua, & argenti viui fuga; per quæ corruptionem adduci necessariò accidit, & illius terreitas. Fiat igitur medicina quæ quidẽ alterũ eorum, aut ex toto tollit, aut palliando decoret, relictis solis aliis imperfectionis causis. Quia igitur corporũ est aliquid impermutabile, quod in corporũ radice innatũ est: quod per secundi ordinis medicinam tolli nõ potest. Ideo omnis illa medicina quæ illud de cõmixto

mixto tollit, non secundi ordinis, sed tertij &maioris ordinis appellatur medicina. Et quia superfluitates fugientiũ inuenimus per calcinationis modum tolli, & per reductionis terreitas non innata, ideo necesse fuit medicinã secundi ordinis inuenire, quæ quidem innatum palliet, &durum remolliat, & molle induret: In duris scilicet & mollibus secundùm complementum non sophisticum, sed solificum aut lunificũ imperfectorum corporũ perfectè cõstituat lunificũ verum. Cum pateat igitur in corporibus solis quidem mollibus per ingenia huius artificiorum operis non posse liquefactionis festinãtiam tolli, nec impuritatem in sui radice principiorum innatã, necessariò euenit medicinam percontari, quæ quidẽ in proiectione illorũ tenuitatẽ inspisset, & inspissando ad suæ liquefactionis ignitionis sufficientiam induret: In duris spissitudinem attenuet, & attenuando ad fusionis velocitatem sufficientẽ cum proprietate ignitionis, addu-

adducat. Et vtriusque generis corporum fuscedinem palliando decoret: hic in album, illa vero in citrinum trāsformet perfectissimum. Non autem diuersificatur hęc medicina à tertij ordinis medicina, nisi per minoris præparationis imperfectionem. Et non diuersificatur à se quod in diuersorum corporum proiectione, & pigmentorū acceptatione constat, sed in modo præparationis. Similiter & alia eget præparationis industria corporū mollium medicina, tenuitatem inspissans: Alia verò durorum attenuans spissitudinem, hæc quidem ignis cōsumptiui modo; illa vero humiditatis conseruationis administratione eget. Afferamus igitur sermonem vniuersalem in medicinis huius secundi ordinis cumpletum cum determinatione certa & vera. Et priùs omnes lunationes omnium à perfectione diminutorum corporum cum differentiis pręparationis eorum. Dehinc verò solarium cū propriis scilicet differentiis. Probauimus iam

iam ex noſtris ſermonibus,ſulphur cuiuſque generis perfectionis eſſe corruptiuum : Argentum quippe viuum perfectiuum in operibus naturæ completis regiminibus. Igitur & naturam mutantes minimè, ſed imitantes, in quibus nos eſt poſſibile ſequi operibus. Et argentum ſimiliter in huius operis magiſterio viuum aſſumimus in cuiuſque perfectionis medicina ſcilicet & ſolari tam quidem imperfectorum, & quàm ipſius argenti viui coagulabilis. Cum iam ex nouiſſimè dictis ſermonibus duplicem medicinæ differentiam diximus: aliam quidem corporum, aliam quidem argēti viui verè coagulabilis. Corporum quidē priùs: ab inde argenti viui narrationem medicinæ tradamus certam. Eſt igitur per ſe huius medicinæ materia cuiuſque generis vnita, & eſt quod iam ſufficienter notum eſt. Aſſume igitur illud, & ſi vis ad lunarem ſecundum ordinē tibi promiſſum exercitatum te redde, & præparato illud cum modis huius magiſte-

gisterij notis: quorum intentio est, vt puram ex illo substantiam diuidas, & partem quidem figas; partem verò ad cerandum omitte: Et sic totum magisterium prosequēdo; donec compleas tentatam illius fusionem. Quod si se subitò fudit in duris, perfecta est, in mollibus verò econtra. Hæc enim medicina super imperfectorum vnumquodque proiecta, in lunare perfectū mutat corpus, si quidem peruenient huic medicinę præparationes notæ. Si verò non, diminutū relinquit, sed perficit in altera perfectionis differentia tantum, quātum ex huius generis medicinæ ordinis administratione depēdet. Quantum verò ex tertij non perueniente administratione aliqua, perficit in proiectione sola. Solaris vero huius secūdi ordinis medicina imperfectorum & cuiusq; corporum est eadem materia, & administrationis eodē regimine cōmunicans: In hoc tamen differentiam habet, scilicet in maiori partium per modos proprios subtilia-

tionę

tione egestus atque sulphuris subtili præparationis regimine administrati cõmixtione cum materia modo nota additio. Et est regimen, scilicet ipsius purissimi sulphuris fixio & solutio eius per modum. Cum hoc enim tingitur medicina: & cũ hoc proiecta super vnumquódq; à perfectione diminutorum, complet in complemento solari; quantũ ex huius secundi ordinis medicinæ præparatione dependet, administratione perueniente nota & certa, à perfectione diminuti corporis. Et super Lunã quoque proiecta, perficit eã in cõplemẽto solari peculioso multũ.

De medicina coagulante argentũ viuum.

Capvt. XXIV.

Secundùm igitur præmissorum ordinem restat ex operis cõplemẽto, quod ex primis nos determinaturos exhibuimus; in medicinam igitur argentum viuum coagulantis ipsam narrationem trãsire. Dicimus igitur quoniam ex eiusdem illius elicitur materia: scilicet ex noto in capitulis huius

ius operis multiplicibus. Et illud ideò: quoniam cum fugitiuum ſit argentum viuum de facili abſque inflammatione, aliqua medicina eget, quæ ſubitò ante fugam eius, in profundo illi adhæreat, & illi per minima côiungatur, & illud inſpiſſet, & ſua fixione illud in igne conſeruet; quouſq; adueniat illi maioris ignis tollerantia eius humiditatem conſumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in momento in ſolificum & lunificum verum, ſecundùm illud ad quod medicina fuerit præparata. Cum igitur non inuenimus aliquid magis illi conuenire quàm ipſum quod ſuæ naturæ eſt: Ideo per hoc æſtimauimus cum eo medicinā illius complere; & ingeniati ſumus formam medicinæ illi per igenia præſtare. Et eſt ſcilicet vt præparetur cum modis ſuis iam dictis cum diuturnitatis laboris inſtantia: qua omnis illius ſubſtantia & puriſſima, alba quidem in Luna; citrina verò intenſa in Sole perhibeatur perfectè. Et hoc quidem non completur

pletur vt citrinum creet, fine mixtione rei tingentis illud quæ ſuæ eſt naturæ. Dehinc verò cum hac puriſſima argenti viui ſubſtantia perficiatur cum huius magiſterij operis ingeniis medicina, quæ maximè argento viuo adhæreat, & fundatur facilimè, & illud coagulet. Conuertet enim hoc in ſolificum & lunificum verum, cum præparatione illius præhabita. Sed ex quibus maximè hæc argenti viui ſubſtantia elici poſſit, ſolet quæri. Et nos quidem reſpondentes narramus quod in quibus eſt, ex illis elicitur. Eſt autem tam quidem in corporibus quàm & in ipſo argento viuo ſecundùm naturam cum vnius ſint reperta naturæ. Sed in corporibus difficiliùs; in viuo autem argento perfectiùs. Igitur cuiuſq; generis ſit medicina tam quidem in corporibus quàm in ipſius argẽti viui ſubſtantia lapidis precioſi indagatur medicina. Sed quoniam contingit quandoque medicinam commiſceri, quandoque verò non: ideo modum permi-

ſcendi narrabimus; ſcilicet qualiter vnaquæque res in corpus profundiſſimè ingreſſum acquirat, aut vnaquæq; medicina non intrans. Et eſt modus per diſſolutionem eius quod ingreditur, & per diſſolutionem eius quod non ingreditur, & per commixtionem ambarum ſolutionum. Facit enim ingreſſiuum eſſe omne illud cuiuſuis generis quod illi per minima coniungitur. Hoc autem per ſolutionem completur: Et completur per ſolutionem fuſio in rebus non fuſibilibus. Et ideo magis apta ſunt ingredi & alterare. Et hæc ideo eſt cauſa, quare quaſdam res calcinamus, quæ non ſunt de natura harum, ſcilicet vt meliùs ſoluantur. Et ob hoc ſoluuntur, vt meliùs ab eis corpora impreſſionem ſuſcipiant: & ab eis ſimiliter per hæc præparentur & mundentur. Aut ingreſſum damus his quæ ſua ſpiſſitudine ingredi non permittunt cum multiplici ſublimationis reiteratione ſpirituum non inflammabilium ſuper illa, arſenici videlicet &
argen-

argenti viui, nõ fixorum aut cum multiplici reiteratione ſolutionis eius; quæ ingreſſum non habet. Eſt tamen bona cautela ad ingreſſum rebus impermiſcibilibus dãda, vt ſoluatur corpus: de cuius intẽtione ſit per has mutari & alterari, & ſoluãtur res, quarum intentionis ſit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen omnium partium ſolutio, ſed quarundam. Dehinc illud & nõ aliud, imbibatur corpus vice poſt vicem. Per hoc enim beneficium in id ſolum ingreſſum habet neceſſariò: nõ autem in quocunque alio corpore neceſſariò hoc contingit. Ex his igitur modorum ingeniis neceſſe eſt rem quamlibet ingreſſum, quo ex illius naturæ pendet beneficio habere, & alterare cum permixtione inuenta. Per hunc igitur ſermonem decem medicinarum completur numerus cum ſuæ traditionis ſufficientia. Reſtat igitur nos ad tertij ordinis medicinam tranſire.

De medicina tertij ordinis.

CAPVT XXV.

Est autem huius ordinis medicina duplex, ſcilicet ſolaris & lunaris. Et eſt tamen in eſſentia vna, & agendi modus ſimiliter. Et ideo vnica medicina nuncupatur à noſtris veteribus quorum ſcripta perlegimus. Eſt tamen additamentum citrinantis coloris qui à ſulphuris fixi mundiſſima perficitur ſubſtantiâ. Differentia inter hanc & illam, lunarem ſcilicet & ſolarem: Hæc quidem id in ſe continet, illa verò non. Eſt tamen hic ordo tertius maioris operis ordo appellatus: & illud ideo; quoniam maioris ſagacitatis induſtriâ in illius adminiſtratione & perfectionis pręparatione, & labore longiori ad veritatis complementum indiget: Et ideo non diuerſificatur huius ordinis medicina, à ſecundi ordinis in eſſentia vllatenus; niſi per ſubtiliſſimos præparationis gradus in creatione illius, & per diuturniorem laboris inſtantiam. Et hos gradus omnes narrabimus cum

complemento ſermonis. Et præparationis modum completè cum cauſis ſuis & experientiis manifeſtis: & modorum gradus adminiſtrationis plures huius tertij ordinis. Alio etenim gradu eget ſolaris medicina in pigmẽtorum præparatione completa: alia verò lunaris: hęc quidem ſulphuris adminiſtratione tingentis eam, illa verò non. Primum igitur adminiſtrationis modum lunaris medicinæ narremus: Et eſt, vt accipias lapidem illius notũ, & per ſeparationis modum illius puriſſimam partem diuidas, & ſeorſum ponas. Dehinc verò eius quæ puriſſima eſt partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas. Et cum fixa fuerit ſolue quod ex illa ſolubile fuerit: Quod verò non ſolubile ad calcinationem mittas: & ab hinc ſuper idem ſolutionem reitera, donec iterum, quod ex ea ſolubile eſt ſoluatur omnimodè. Sic igitur ordo iſtę ſeruetur, quouſque maior ſoluatur quantitas. Poſthæc verò leuiter aſſando in ignis temperamẽto

conserua, quousque illi maior ad illius exigentiam ignis ministrari possit. Post hoc verò primum solutionis ordinem serua, quousque iteratò totum soluatur quod ex eo est solubile: & iterato coagula, & iterato in ignis temperamento conserua, quousque iterato illi possit ignis maior ad eius perfectionem administrari. Omnes igitur hos ordines præparationis super illa quater reitera, & vltimò calcina per modum suum: & sic preciosissimam lapidis terram sufficienter administrando rexisti. Deinde verò seruatæ partis nō fixæ, cum hac terræ parte administratæ quantitatem per ingeniorum subtilem coniunge modum per minima. Et sic ingenium hoc intentionis leuationis eius, per modum sublimationis dictum, quousq; fixum cum non fixo leuetur totaliter. Quod si non adueniat; addatur illi iteratò vicissim non fixæ partis quantitas; quousq; ad eleuationem illius sufficiat. Cum igitur eleuata fuerit, reiteretur illi⁹ sublimatio quousque,

uſque per hanc adminiſtrationis reiteſrationem figatur totum. Cum igitur fiſxum fuerit iterato cum non fixę partis quantitatem poſt quãtitatẽ combibe, per ingenium tibi notum, quouſq; totum iteratò leuetur. Igitur iterato figatur, quouſque fuſionem præſtet facilem cum ignitione ſua. Hæc enim medicina eſt, quæ omne à perfectione diminutum corpus, omneq́; cuiuſq; argenti viui generis in lunare perfectiſſimum transformat corpus.

De medicina tertij ordinis ſolari.

Capvt. XXVI.

Solaris igitur huius medicinæ præparationi, non adurentis fit additamẽtum ſulphuris per modũ figentem & calcinantem cum aſtutiæ induſtriâ adminiſtrati perfectẽ, atque ſolutionis modũ multiplicem cum reiteratione multa; quouſq; mundum fiat. His quidem adminiſtratione perfecta perueniente; quæ per ſublimationẽ perficitur. Et eſt hui⁹ ſcilicet additamẽti modus ꝑ reiterationẽ partis nõ fixi lapidis

sublimationis cum ingenio coniungendi, quousque eleuetur cum ea, & iterato cum illa figatur, vt stet. Et quantò huius cōplementi exuberātiæ ordo reiteratur pluries: tantò & huius exuberantia medicinæ multiplicatur magis, & illius magis augetur bonitas, & multiplicatur illius augmentum perfectionis maximè. Et nos quidem, ne mordeamur ab impiis, complementū narrauimus totū huius magisterij, sub breui sermone completo & noto. Et est illius intentio, vt per sublimationis modum, mūdetur perfectissimè lapis, & illius additamētum: Et ab hinc quidem cum ingeniorum modo volatiuū ex eis figatur; dehinc verò fixum volatile fiat, & iteratò volatile fixum. Et in hoc ordine completur arcanum preciosissimum, quod est super omne huius mundi scientiarum arcanū, & thesaurus incomparabilis: Et tu quidem exerciteris ad illum, cum laboris instantia maxima, & cum diuturnitate meditationis immensę. Cum illa enim inue-

inuenies, & ſine illa non. Et huic quidem medicinę reiteratio bonitatis adminiſtrationis,cum talis cautelæ induſtriâ, poteſt in præparatione lapidis euenire: quouſque argentum viuũ mutet in infinitum ſolificum,& verum lunificũ,& non depẽdet,niſi in multiplicatione illiꝰ.Iã igitur laudetur ſublimis naturarũ Deus benedictus&glorioſus, qui nobis omniũ medicinarũ reuelauit ſeriẽ,cum illius experientia: quã illius inſtigationis bonitate,& noſtri laboris inſtantia perquiſiuimus, & oculo vidimus, & manu tetigimus complementum illius noſtro magiſterio indagatũ. Sed etſi quidem hanc palliauimus, nõ miretur doctrinæ filius. Non enim illi palliauimus: ſed malis & improbis eã tali ſermone tradidimus quem latere inſipientem neceſſariò accidit: & eodem ad illius inuentionis perquiſitionem prudentes allici. Filij igitur doctrinæ perquirite & hoc excellentiſſimum Dei donum vobis ſolis ſeruatũ. Filij inſipientes nequitiæ & maleuolæ

prauitatis immensę, ab hac scientia fugite: quoniam vobis est inimica & aduersa, & vos in miseriam paupertatis constituet. Quoniam vobis penitus hoc Dei donum diuina prouidētiâ est occultum iudicio, & denegatum omnino. Perquisitis ergo omnium medicinarum modis, nostri propositi prosequentes initium; ad eas quæ huius magisterij perfectionem notificant, cum probationum causis abhinc transeundum est.

De experientijs perfectionis operis.

CAPVT. XXVII.

PRætermissis igitur manifestis experientiis de quibus narrationem nō fecimus, cum omnibus sint notæ, & certę absque illius sagacitatis ingenio, ponderis, & coloris, & extensionis per malleum, artificiorum experientias tentemus, cum cautela: An sit huius artis administrationis proiectio, complementū cum veritate adducens, quę sunt scilicet, cineritium, cementum, ignitio, fusio, super vapores acutorum exposi-

expoſitio, adurentis ſulphuris mixtione probatio, extinctio, calcinationis & reductionis reiteratio, & argenti viui facilis aut difficilis ſuſceptio. Primùm igitur ſecundùm ordinem inchoandum: dehinc verò ſecundùm eundem ad alia, ſecundùm promiſſionem perfectè curramus cum cauſis eorum notis.

De Cineritio.

CAPVT XXVIII.

DIcimus igitur ſermonem in cineritio cũ ſuis omnibus cauſis manifeſtiſſimis, & ſuæ fixionis modo. Eſt igitur ſola ſolaris & lunaris ſubſtantia in cineritij perdurans examine. Perquirẽtes igitur horum corporum perfectorũ veras ſubſtantiæ differẽtias, & cauſas ſimiliter cineritij: Quare quædam magis, quędam vero minus in huius magiſterij examine à perfectione diminutorum perdurent, percũctabimur. Eſt tamẽ à nobis ſufficienter narratũ horum duorum ſecretum corporum in ſuæ profundo ſubſtantiæ. Et eſt ſcili-

ſciliçet quoniam illorum prima radix multa fuit argenti viui quantitas & purissima illius essentia, & subtilissima prius: postea verò inspissata, donec cũ ignitione fusionem suscipiat. Quęcunque igitur à perfectione diminuta plus terreitatis habent; minùs in hoc perdurant examine: Quæcunq; verò minus, plus. Quoniam hæc quidem magis adhærent, propter eorum partium subtilitatem maximè se permiscentem & vnientem. Et quæ similiter maioris tenuitatis sunt corpora: aut econtra quidem, quæ maioris spissitudinis corpora quàm quæ in perfectione consistunt, necesse est de commixto separari omnino. Quoniam non sunt eiusdẽ fusionis, & ideo separãtur. Et quæ quidem minoris sunt argenti viui quantitate participantia, faciliùs de commixto separantur. Patet igitur quod cũ multæ terreitatis sit Saturnus, paucæq; argenti viui quantitate, facilisq; tenuitatis liquefactionis, quæ maximè à perfectionis examine cineritij sunt oppo-

opposita. Ideo inter cætera corpora minimè in cineritij artificio in cōmixto perdurat: imo citissimè separatur & cedit. Ideoq; cum inter cętera à perfectione diminuta corpora magis cedat. Ideóque per hoc magis proprium est huius magisterij examē. Et illud ideo: quoniam citius cedit, & citius imperfectorum vnumquodq; secum de cōmixto trahit. Et propter hoc soluatur maior perfecti quantitas ab ignis examinis combustione forti: quoniam nō quiescit spacio temporis longo perfectum consumptioni examinis. Et ideo ex eo per plumbi examen minùs comburitur, & faciliùs depuratur. Quia vero Iouis substantia pluris argenti viui capax extitit, & minoris terreitatis quantitate, maioriuè puritate illius atque subtiliori substantia participans, ideo magis in commixto soluatur quā Saturnus & Venus: quoniam magis commixto in profundo adhæret. Et ideo est causa hæc; quare multa perfecti deletur quantitas, prius quàm ab illo

illo ſeparetur coniunctus. Venus verò fuſionem cum ignitione præſtat: ſed quia tardior eſt illius quàm perfecti fuſio: ideo ſeparatur de commixto, tardius tamen quàm Saturnus, propter ignitionem ſubſtātiæ ſuæ fuſibilis. Quia verò minoris eſt argēti viui quātitatis quàm Iupiter, & maioris terreitatis & ſubſtantiæ ſpiſſioris: ideo faciliùs quàm Iupiter de commixto tollitur: quoniam in profundo magis Iupiter quàm Venus adhæret. Mars verò fuſionem non habet, & ideo non permiſcetur: quod propter ſuæ humiditatis priuationem contingit. Sed etſi propter ignis vehementiam permiſceri contingat: quia humiditatem non habet, Lunæ aut Solis humiditatem combibendo ei per minima vnitur. Et ideo licet terreitatem multam, & argenti viui paucitatem, & fuſionis carentiam habeat, non ſeparatur ab eis per artificium leue. Per hoc igitur dilatatur induſtria ad cuiuſque corporis rectificationem veram: ſi rectè eius

quod

quod ſcripſimus efficaciam nouerit. Si verò fantaſticè ſuper illud intelle-ctum contraxerit: nihil ex eo verita-tis cognoſcet. Sunt autem duo in hu-ius perdurantia examine perfectio-nis corpora; Sol ſcilicet & Luna pro-pter bonam compoſitionem, quæ per bonam compoſitionem reſultat, & il-lorum puram ſubſtantiam. Narremus igitur modum illius; vt tollatur cinis cribellatus, aut calx, aut puluis oſſium animalium combuſtorum, aut horum omnium commixtio, aut quorum-dam. Dehinc itaque cum aqua ma-defiat, & ſuper illud prematur manus, & fiat ſtratum firmum & ſolidum: & in medio ſtrati fiat rotunda fouea & ſolida: & ſuper illius fundum ſpar-gatur vitri triti quantitas aliqua: de-inde verò exſiccari permittatur. Et cum ſicca fuerit, ponatur illud de cuius intentione ſit tollerare huius ex-amen in foueam dictam: & ſuper il-lam carbones ignis fortis ſuccendan-tur. Et ſuper faciem examinabilis

ſuffle-

suffletur corporis donec fundatur. Quo fuso Saturni partem post partem proijciamus in illud, & super illud suffletur cum flamma fortis ignitionis. Et dum videris illud agitatum, & moueri motu concussionis forti, non est purũ. Expecta igitur donec totum euanescat plumbum: quod si euanuerit, & non cesset illius motus, nõ est depuratum. Iterato igitur super illud plumbũ proijce: & super illius faciem iterato suffla, donec plumbum separetur. Quod si non quieuerit, iterato plumbi proiectionem & sufflationem in illius faciem proijce; quousque quiescat, & videas illud mũdum & clarum in superficie sua. Post hoc verò carbones aperi, & ignem dissipa; & in faciem eius aquã perfunde. Hoc enim perfectè examinatum inuenies. Et si quandoque in sufflatione huius examinis vitrũ proieceris meliùs & perfectiùs depurabitur: quoniam sordes tollit, & illas inuiscat. Potest tamen loco vitri sal proijci, aut borax, aut alumen aliquod. Similiter

ter & confici poteſt huius examen ciner icij in crucibulo terreo, & in circuitu illius ſufflari: & ſuper faciem eius ſimiliter, vt circiter conflctur examinandum. His igitur ſufficienter narratis, ad cementi examen tranſeamus, cum cauſis ſuis & ſuis experientiis manifeſtis & notis.

De Cemento.

Capvt XXIX.

Diximus igitur quoniam corpora quædam magis, quædã verò minùs per ignis comburuntur calcinationis modum: Vt quæ pluris ſunt ſulphuris quantitatem combuſtibilis cõtinentia; quæ verò minus, minùs. Quia Sol igitur inter cætera corpora minoris eſt ſulphuris, quantitatis: ideo inter cætera omnium mineralium corporũ, minimè per ignis inflãmationem cõburitur. Luna verò poſt Solem inter omnia corpora reliqua, minùs eſt ſulphuris quantitatis participans: pluris autem quàm Sol. Igitur minùs poteſt, ſecũdùm hoc inflammationis ignitio-

nem temporis ſpacio longo tollerare quàm Sol,& res per conſimilem comburentes naturam.Minus Venus: quia Sole&Luna pluris eſt ſulphuris,& terreitatis maioris: Ideo minus inflam̃ationem illis tollerat. Iupiter verò minus Venere; plus verò Sole & Luna ſulphureitatis & terreitatis participat: Et ideo minus per inflammationem Venere comburitur; plus vero Sole & Luna. Saturnus verò plus terreitatis & ſulphureitatis per naturam in commixtione ſeruauit,quàm nunc dicta corpora: Et ideo citiùs & facilius omnibus dictis inflammatur corporibus;& per inflammationem comburitur velocius: propter hoc quod ſulphureitatẽ maximè habet coniunctã, &Ioue magis fixam.Mars verò non per ſe, ſed per accidens non comburitur. Cum enim cũ multæ humiditatis com̃miſcetur corporibus, combibit illam propter ſuæ humiditatis carentiam.Et ideo coniunctus nõ inflammatur, nec cõburitur, ſi non inflam̃abilia nec incom-

cōbuſtibilia ſint corpora ſibi vnita. Si verò combuſtibilia ſint illi commixta corpora, ſecundùm naturam ſuæ combuſtionis; neceſſariò euenit Martem comburi & inflammari. Cum igitur ex rebus conſtituatur inflamābilibus cementum; patet cauſa illius inuentionis neceſſaria; & fuit, vt omnia cōbuſtibilia adurerētur. Cū igitur vnum ſolū ſit corpus incōbuſtibile, ſolū igitur illud, aut ad illius naturā præparatum in cemento ſaluatur. Durant tamen quædā magis: quædam verò in cemento minus. Quæ verò magis, & quæ minus; nota ſunt cum cauſis dictis. Durat igitur plus Luna, minus verò Mars: adhuc verò & minus Iupiter: minus verò & adhuc Venus: minimè autem Saturnus. Narremus igitur cementi modum: Cumque in cognitione nobis ſit maximè neceſſarium in perfectionis examine, dicimus; quoniam illius eſt compoſitio cum inflammabilibus rebus. Et ſunt huius generis res omnes denigrantes, & fugientes, & pene-

trantes, & comburentes: Sicut est vitriolum, Salar: & ęris flos, & lapis figuli antiqui contriti, & sulphuris vna quãtitas, aut nihil & virilis vrina, & similibus acutis & penetrantibus. Incementantur igitur hæc omnia çum vrina virili; & super illius tabulas tenues, de cuius sit intentione probationis huius examen iudicio percontari. Dehinc verò in fictili concluso vase super cratem ferream extendantur tabulæ: Ita tamen quod vna ex eis alteram non tãgat; vt liberè ignis virtus ad illas percurrat æqualiter: Et sic triduo in igne forti conseruetur in fictili. Cautela tamen adhibeatur, vt igniantur tabellæ, sed nõ fundantur. Post tertiam autem diem, tabellas omni impuritate mundas inuenies; si in perfectione illarum extiterit corpus: Si verò non, corruptas omnino, & calcinatione combustas. Quidam tamen ponunt ad inflãmationem tabellas absque compositionum cemento; & depurantur similiter, si perfectionis sint corpora: Si verò

verò non,comburuntur omnino ,longiori tamen cōbuſtionis ſpacio in hoc vltimo egent examine,quod ſola ignis inflammatione perficitur quàm quæ cementi examinatur iudicio. Sed cum Luna quidem Solis naturæ non multa diſtet differentiâ , pauco adminiſtrationis modo in iudicio quieſcit:Et neque ſeparatio corporum fit ab inuicē in his duobus examinis generibus;niſi propter diuerſitatem compoſitionis ſubſtantiarum eorum.Quoniam ex eo reſultat fuſionis diuerſitas & ſpiſſitudo & raritas : quæ quidem ſeparationis ſunt cauſæ : quoniam propter fortem illorum compoſitionem , nō corrumpitur illorum ſubſtantia à ſubſtantia corporis extranei ; cum non fiat illorum per minima mixtio.Et ideo neceſſe eſt illam de commixto ad ſe inuicem ſeparari ſine corruptione totali illorum eſſentiæ. Quamobrem igitur adminiſtratio corporum imperfectorum completa, dignoſcitur cum eiuſdem fuſionis & ignitionis , & ſolidita-

tis administratione reperta sunt ingenio.

De ignitione.

Capvt. XXX.

Restat igitur vt capitulum de ignitione tradamus. Dicimus igitur quoniã corpora maximæ perfectionis cũ ignitione determinata reperta sunt ignẽ suscipere ante fusionẽ illorum. Et ideo dicimus, si alterationem illorum completam adinuenire conamur, necesse est ad fusionem illorum corpora administrata redigere. Et est scilicet, vt prius quàm fundantur perfectionis corpora, ignitionem suscipiant cum inflammatione, & cœlestini coloris amœnitate: priusquam perueniat illorum ignitio ad albedinem ignis quã oculus non possit conspicere quicquam. Patet igitur ignitionem illarum perfectam compleri, ante fusionem cum rubore intenso, & non cum albedine, quam non possit conspicere oculus. Si enim priusquam igniantur administrata fundantur corpora in complemen-

plemento non ſunt: Si verò & ignian-tur cũ labore, & ignis expreſſione forti, non eſt illorũ adminiſtratio vera. Et hoc quidem in mollibus: idem verò in ſolo Marte contingit colligi. Nõ enim non ignibilia de facili ignitionem præparationis modo ſuſcipiunt: neq; non fuſibilia fuſionem rectam, quã in perfectis ſecundùm naturam inuenimus. Et ſi cum ignitione flammam amenitate cœleſtini non protendant coloris, adminiſtrata non eſt illorum completa adminiſtratio: Et ſi minuitur aliquid, id eſt, ponderis coloris, pulchritudinis ignitionis, & ſimiliũ ex præparamẽti differẽtiarũ bonitatis inuentũ aſtutiâ; non fuit ſufficiẽs artificis indagatio. Reiterato igitur inquirat, donec inueniat cũ bonis diuina bonitate collatis.

De fuſione.

Capvt. XXXI.

IN fuſionis igitur narratione ſufficiẽtiam tradamus ſecũdùm quod examẽ eſt corporũ omniũ ad ignitionem illorum certam. Dicimus igitur: Quo-

niam vnica est perfectionis fusio cum ignitione, sed non cum cuiusque ignitionis genere : sed cum ignitione in qua non albescit omninò corpus : & cum ignitione in qua non sit fuscedo igni adueniens : & in qua non subitò post ignitionem, fundatur & liquescat corpus vt fluat. Igitur cum se fuderit corpus ex minima ignis pressione debile, aut sine ignitione, aut cum ignitione fusca ; huius præparationis necesse est corpus imperfectionis esse vnumquodque imperfectorum corporum in artificio diminuto. Et si post fusionem infrigidari omittatur : & omnino subitò in nigredinem illius vertatur ignitio : Et ob hoc quidem, priùs quàm durescat, ignitionem perdat; nõ est in complemento corpus, cuiuscunque generis illud extiterit. Sed iudicari quidẽ expedit molliciei hoc corpus existere ex imperfectionis corporum generibus. Et si quidẽ cum ignis laboriosa expressione fortis ac violẽti fiat illius ante fusionem ignitio, & radio

dio fulgoris inestimabilis albescentis omnino; iam non perfectionis, sed duritiei alteratum est corpus. Et ab hoc quidem, si post illius fusionem ab igne tollatur, & subitò induretur, vt nō fluat manente illius ignitione, fulgida, iam nō lunaris aut solaris perfectionis corpus existit, cuiuscunq; generis & præparationis corpus fuerit administratum. Sed sub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis triplicem in fusibilibus ignitionē: aut liquefactionem substantiarum illorum experimento recolligi. Vnam scilicet fuscam: alteram verò rubeam & claram: albissimam verò tertiam radio fulgentem. Prima quidem est mollium: Secūda verò perfectorum. Tertia durorum corporum rationis experimento probatur. Sed & qui harum omnium ignitionum desiderat gradū perquirere; omnia fusibilia cōflet corpora, & ignis consideret sufficientiam ad fusionis perfectionem completā: & considerando recolligat omnium

ſignorum fuſionis gradus differētiam. Et ſic quidem inueniet: aliter verò nō. Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus à nobis determinatis atque determinandis examinationis materiebus. Hæc itaque de fuſione dicta ſufficiant.

Quarta pars de examinatione perfectionis corporum: nempe, de expoſitione ſuper vapores acutorum.

Capvt XXXII.

PRoſequētes igitur ſermonis complementum, de corporum expoſitione ſuper acutorum vapores narremus. Dicimus igitur quoniam perfectionis videmus corpora ſuper acutorum vaporem expoſita, acrium videlicet ponticorum & acetoſorum ſimiliter omnino, aut nihil florere, aut amenissimum cœleſtinum florem emittere. Sed Solem puriſſimum non florere: Lunam verò aut Solem non purum ſuper acutorum vapores expoſita, florere comperimus, & cœleſtinum ameniſſimum; ameniùs Solem quàm Lunam.

nam. Et ob hoc igitur naturam imitantes & nos similiter in præparatis colorem cœlestinum creemus corporibus, qui per argenti viui bonitatem perficitur, vt sufficienter à nobis narratum est, in præcedentibus nostri sermonis. Quæcunque igitur præparata corpora super vapores acutorum extiterint, & cœlestinum non creauerint amenitatis colorem, non sunt in præparationis complemento totali. Itaq; & est ex corporibus quoddam, quod rubeum fuscum, aut citrinum fuscum viriditati admixtũ colorẽ in examine ponticorum, floret in superficie sua; vt huius generis est Mars. Quoddã verò viride fuscũ in superficie floret cœlestino admixtũ turbido; & huius est Venus. Quoddã verò albũ fuscũ; Et huius generis Saturnus cõperitur. Quoddã verò albũ clarum; & huius est Iupiter. Quia igitur maximè perfectum corpus minimè floret aut nihil, si quid tardissimo temporis floret spacio: Et Iupiter quidem & minimè & tardissimè

ſufletur corporis donec fundatur. Quo fuſo Saturni partem poſt partem proijciamus in illud, & ſuper illud ſufletur cum flamma fortis ignitionis. Et dum videris illud agitatum, & moueri motu concuſſionis forti, non eſt purũ. Expecta igitur donec totum euaneſcat plumbum: quod ſi euanuerit, & non ceſſet illius motus, nõ eſt depuratum. Iterato igitur ſuper illud plumbũ proijce: & ſuper illius faciem iterato ſuffla, donec plumbum ſeparetur. Quod ſi non quieuerit, iterato plumbi proiectionem & ſufflationem in illius faciem proijce; quouſque quieſcat, & videas illud mũdum & clarum in ſuperficie ſua. Poſt hoc verò carbones aperi; & ignem diſſipa; & in faciem eius aquã perfunde. Hoc enim perfectè examinatum inuenies. Et ſi quandoque in ſufflatione huius examinis vitrũ proieceris meliùs & perfectiùs depurabitur: quoniam ſordes tollit, & illas inuiſcat. Poteſt tamen loco vitri ſal proijci, aut borax, aut alumen aliquod. Similiter

ter & confici poteſt huius examen cinericij in crucibulo terreo, & in circuitu illius ſufflari: & ſuper faciem eius ſimiliter, vt circiter confletur examinandum. His igitur ſufficienter narratis, ad cementi examen tranſeamus, cum cauſis ſuis & ſuis experientiis manifeſtis & notis.

De Cemento.

CAPVT XXIX.

DIximus igitur quoniam corpora quædam magis, quædã verò minùs per ignis comburuntur calcinationis modum: Vt quæ pluris ſunt ſulphuris quantitatem combuſtibilis cõtinentia; quæ verò minus, minùs. Quia Sol igitur inter cætera corpora minoris eſt ſulphuris, quantitatis: ideo inter cætera omnium mineralium corporũ, minimè per ignis inflãmationem cõburitur. Luna verò poſt Solem inter omnia corpora reliqua, minùs eſt ſulphuris quantitatis participans: pluris autem quàm Sol. Igitur minùs poteſt, ſecũdùm hoc inflammationis ignitio-

nem temporis ſpacio longo tollerare quàm Sol,& res per conſimilem com-burentes naturam. Minus Venus: quia Sole&Luna pluris eſt ſulphuris,& terreitatis maioris: Ideo minus inflammationem illis tollerat. Iupiter verò minus Venere; plus verò Sole & Luna ſulphureitatis & terreitatis participat: Et ideo minus per inflammationem Venere comburitur; plus vero Sole & Luna. Saturnus verò plus terreitatis & ſulphureitatis per naturam in commixtione ſeruauit, quàm nunc dicta corpora: Et ideo citiùs & faciliùs omnibus dictis inflammatur corporibus; & per inflammationem comburitur velocius: propter hoc quod ſulphureitatē maximè habet coniunctā, & Ioue magis fixam. Mars verò non per ſe, ſed per accidens non comburitur. Cum enim cũ multæ humiditatis commiſcetur corporibus, combibit illam propter ſuæ humiditatis carentiam. Et ideo coniunctus nõ inflammatur, nec cõburitur, ſi non inflamabilia nec in-

com-

cōbuſtibilia ſint corpora ſibi vnita. Si verò combuſtibilia ſint illi commixta corpora, ſecundùm naturam ſuæ combuſtionis; neceſſariò euenit Martem comburi & inflammari. Cum igitur ex rebus conſtituatur inflam̄abilibus cementum; patet cauſa illius inuentionis neceſſaria; & fuit, vt omnia cōbuſtibilia adurerētur. Cū igitur vnum ſolū ſit corpus incōbuſtibile, ſolū igitur illud, aut ad illius naturā præparatum in cemēnto ſaluatur. Durant tamen quædā magis: quædam verò in cemento minus. Quæ verò magis, & quæ minus; nota ſunt cum cauſis dictis. Durat igitur plus Luna, minus verò Mars: adhuc verò & minus Iupiter: minus verò & adhuc Venus: minimè autem Saturnus. Narremus igitur cementi modum: Cumque in cognitione nobis ſit maximè neceſſarium in perfectionis examine, dicimus; quoniam illius eſt compoſitio cum inflammabilibus rebus. Et ſunt huius generis res omnes denigrantes, & fugientes, & pene-

trantes, & comburentes: Sicut est vitriolum, Salar: & ęris flos, & lapis figuli antiqui contriti, & sulphuris vna quãtitas, aut nihil & virilis vrina, & similibus acutis & penetrantibus. Incementantur igitur hæc omnia çum vrina virili; & super illius tabulas tenues, de cuius sit intentione probationis huius examen iudicio perconǱari. Dehinc verò in fictili concluso vase super cratem ferream extendantur tabulæ: Ita tamen quod vna ex eis alteram non tãgat; vt liberè ignis virtus ad illas percurrat æqualiter: Et sic triduo in igne forti conseruetur in fictili. Cautela tamen adhibeatur, vt igniantur tabellæ, sed nõ fundantur. Post tertiam autem diem, tabellas omni impuritate mundas inuenies; si in perfectione illarum extiterit corpus: Si verò non, corruptas omnino, & calcinatione combustas. Quidam tamen ponunt ad inflãmationem tabellas absque compositionum cemento; & depurantur similiter, si perfectionis sint corpora: Si verò

verò non,comburuntur omnino ,longiori tamen cõbuſtionis ſpacio in hoc vltimo egent examine,quod ſola ignis inflammatione perficitur quàm quæ cementi examinatur iudicio. Sed cum Luna quidem Solis naturæ non multa diſtet differentiâ, pauco adminiſtrationis modo in iudicio quieſcit:Et neque ſeparatio corporum fit ab inuicẽ in his duobus examinis generibus;niſi propter diuerſitatem compoſitionis ſubſtantiarum eorum.Quoniam ex eo reſultat fuſionis diuerſitas & ſpiſſitudo & raritas : quæ quidem ſeparationis ſunt cauſæ : quoniam propter fortem illorum compoſitionem, nõ corrumpitur illorum ſubſtantia à ſubſtantia corporis extranei; cum non fiat illorum per minima mixtio.Et ideo neceſſe eſt illam de commixto ad ſe inuicem ſeparari ſine corruptione totali illorum eſſentiæ. Quamobrem igitur adminiſtratio corporum imperfectorum completa, dignoſcitur cum eiuſdem fuſionis & ignitionis, & ſolidita-

tis administratione reperta sunt ingenio.

De ignitione.

Capvt. XXX.

REstat igitur vt capitulum de ignitione tradamus. Dicimus igitur quoniã corpora maximæ perfectionis cũ ignitione determinata reperta sunt ignẽ suscipere ante fusionẽ illorum. Et ideo dicimus, si alterationem illorum completam adinuenire conamur, necesse est ad fusionem illorum corpora administrata redigere. Et est scilicet, vt prius quàm fundantur perfectionis corpora, ignitionem suscipiant cum inflammatione, & cœlestini coloris amœnitate: priusquam perueniat illorum ignitio ad albedinem ignis quã oculus non possit conspicere quicquam. Patet igitur ignitionem illarum perfectam compleri, ante fusionem cum rubore intenso, & non cum albedine, quam non possit conspicere oculus. Si enim priusquam igniantur administrata fundantur corpora in complemen-

plemento non sunt: Si verò & ignian-
tur cũ labore, & ignis expressione for-
ti,non est illorũ administratio vera. Et
hoc quidem in mollibus:idem verò in
solo Marte contingit colligi. Nõ enim
non ignibilia de facili ignitionem prę-
parationis modo suscipiunt: neq; non
fusibilia fusionem rectam, quã in per-
fectis secundùm naturam inuenimus.
Et si cum ignitione flammam ameni-
tate cœlestini non protendant colo-
ris,administrata non est illorum com-
pleta administratio : Et si minuitur ali-
quid,id est,ponderis coloris, pulchri-
tudinis ignitionis, & similiũ ex præpa-
ramẽti differẽtiarũ bonitatis inuentũ
astutiâ; non fuit sufficiẽs artificis inda-
gatio.Reiterato igitur inquirat, donec
inueniat cũ bonis diuina bonitate col-
latis.

De fusione.

CAPVT. XXXI.

IN fusionis igitur narratione sufficiẽ-
tiam tradamus secũdùm quod exa-
mẽ est corporũ omniũ ad ignitionem
illorum certam. Dicimus igitur: Quo-

niam vnica est perfectionis fusio cum ignitione, sed non cum cuiusque ignitionis genere : sed cum ignitione in qua non albescit omninò corpus : & cum ignitione in qua non sit fuscedo igni adueniens : & in qua non subitò post ignitionem, fundatur & liquescat corpus vt fluat. Igitur cum se fuderit corpus ex minima ignis pressione debile, aut sine ignitione, aut cum ignitione fusca; huius præparationis necesse est corpus imperfectionis esse vnumquodque imperfectorum corporum in artificio diminuto. Et si post fusionem infrigidari omittatur : & omnino subitò in nigredinem illius vertatur ignitio : Et ob hoc quidem, priùs quàm durescat, ignitionem perdat; nõ est in complemento corpus, cuiuscunque generis illud extiterit. Sed iudicari quidẽ expedit molliciei hoc corpus existere ex imperfectionis corporum generibus. Et si quidẽ cum ignis laboriosa expressione fortis ac violẽti fiat illius ante fusionem ignitio, & ra-

dio fulgoris inestimabilis albescentis omnino; iam non perfectionis, sed duritiei alteratum est corpus. Et ab hoc quidem, si post illius fusionem ab igne tollatur, & subitò induretur, vt nō fluat manente illius ignitione, fulgida, iam nō lunaris aut solaris perfectionis corpus existit, cuiuscunq; generis & præparationis corpus fuerit administratum. Sed sub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis triplicem in fusibilibus ignitionē: aut liquefactionem substantiarum illorum experimento recolligi. Vnam scilicet fuscam: alteram verò rubeam & claram: albissimam verò tertiam radio fulgentem. Prima quidem est mollium: Secūda verò perfectorum. Tertia durorum corporum rationis experimento probatur. Sed & qui harum omnium ignitionum desiderat gradū perquirere; omnia fusibilia cōflet corpora, & ignis consideret sufficientiam ad fusionis perfectionem completā: & considerando recolligat omnium

nam. Et ob hoc igitur naturam imitantes & nos ſimiliter in præparatis colorem cœleſtinum creemus corporibus, qui per argenti viui bonitatem perficitur, vt ſufficienter à nobis narratum eſt, in præcedentibus noſtri ſermonis. Quæcunque igitur præparata corpora ſuper vapores acutorum extiterint, & cœleſtinum non creauerint amenitatis colorem, non ſunt in præparationis complemento totali. Itaq; & eſt ex corporibus quoddam, quod rubeum fuſcum, aut citrinum fuſcum viriditati admixtũ colorẽ in examine ponticorum, floret in ſuperficie ſua; vt huius generis eſt Mars. Quoddã verò viride fuſcũ in ſuperficie floret cœleſtino admixtũ turbido; & huius eſt Venus. Quoddã verò albũ fuſcũ; Et huius generis Saturnus cõperitur. Quoddã verò albũ clarum; & huius eſt Iupiter. Quia igitur maximè perfectum corpus minimè floret aut nihil, ſi quid tardiſſimo temporis floret ſpacio: Et Iupiter quidem & minimè & tardiſ-

ſimè

ſimè inter diminuta à perfectionis cõplemento corpora gummoſitatem illius floret. Ideo per hoc conſideramus huius examen magiſterij Iouem maximè perfectioni approximare in opere maioris ordinis. Per hoc igitur examẽ perquiri poterit in quo pertractatum temperamento genere conſiſtat corpus, ſi rectè horum conſideraueris ordinem, quæ narrauimus in hoc capitulo: Sin autem, tuæ imputa temeritatis inſipientiæ.

De extinctione.

CAPVT XXXIII.

IN extinctionis igitur examine narrationem adducamus totalem. Eſt tamen multiplex illius experientia, in qua cognoſcitur vtrum in perfectione magiſterium conſiſtat. Primum igitur ſi ignitum corpus in liquore extinguatur, & lunare quidem album non fiat, & ſolare citrinũ fulgidum: ſed in alienum mutetur colorem, non eſt in cõplemẽto alteratio magiſterij, vt ſi quidem in reiteratione ſuæ ignitionis & extin-

extinctionis in aquis salium aut aluminum cuiuscumque generis administratione creatis scorium nigredini affine in sui superficiè protenditur, aut extinctione illius in sulphuribus,&abstinctione ignitionis reiteratione multa euanuerit:aut nigredine fœda se infecerit, aut omnino per mallei compulsionem se confregerit; fallax est operis artificium. Aut si ex salis ammoniaci, & viridis æris, & puerilis vrinæ mixtionis cementatione,aut in natura consimilium & ad ignitionem positũ, & post ignitionem extinctionem sulphuris,ad extensionem similiter & lunare quidem vel solare ex toto colorem amiserit proprium ; aut scorium creauerit,in corruptione constat corpus adhuc permanere sophistica. Vnã tamen generaliter tibi tradimus regulam certam : quoniam tam quidem in dictis, quàm a nobis dicendis examinibus,si quid ex perfectionis differentiis alteratum commutauerit corpus, ponderis videlicet aut coloris,non re-

ctè.

ctè, sed fantasticè indagauit artifex opus: quod non peculiosum, sed perditionis est potius.

De adurentis sulphuris mixtione.

CAPVT XXXIV.

EX sulphuris igitur mixtione vtrum in perfectione consistat magisteriũ approbatur similiter. Quoniam experientiâ nostra inuenimus sulphur corporibus commixtũ: Quædam magis, quædam verò minus comburere; & quędam à combustione redire, quædã vero non, nostro reperimus artificio. Et ex hoc itaq; differẽtia notari potest inter ipsa à perfectione diminuta corpora præparata in cõplemento sophistico. Igitur cum inter cætera corpora cuiusq; inuenimus generis Solem minimè per sulphur comburi. Ab hinc verò & postea Iupiter: deinde verò Luna, post hoc Saturnus: & faciliùs quidẽ his omnibus Venus: facilimè Mars per sulphuris oleaginem cõburitur. Ideò per hoc notatur quod magis, quod minus naturæ perfecti approximat. Et ex di-

ex diuersitate colorũ post corporum combustionem perquiri potest, in quo alteratum genere ex suę naturæ radice corpus consistat. Quoniam Sol quidẽ citrinum intensum, aut rubeum clarũ: Luna verò nigrum cœlestino admixtum: Iupiter verò nigrum modica rubedinis tinctura admixtum: Saturnus verò nigrum fuscum multo rubori & liuiditati admixtum: Venus verò nigrum liuiditati admixtum multa præexistente combustione nitidissimè, & amœnum violaceum protendit ex sulphuris commixtione colorem. Mars verò in omni combustionis genere nigerrimum fuscum creat colorem. Ex reductione autem à sulphuris combustione notatur & similiter diuersitas in corporibus. Quædam enim redeunt: quædã verò ignis expressione à reductione cum sulphure recedunt; aut totaliter, aut eorũ quantitas maior. Quędam vero in suæ naturæ corpora, quædã vero in aliud quàm suæ naturæ redeunt à cõbustione ad corpus. Redeũt

ad proprij naturam corporis,à sulphu- ris combustione corpora Sol & Luna: Recedunt autem Iupiter & Saturnus. Iupiter autem aut totaliter, aut secundùm sui maiorem partē. Saturnus verò non ex toto recedit: sed quandoque maior, quandoque verò minor illius deletur pars. Horum autem contingit diuersitatem existere propter naturā & corporum administrationis eorum in opere præparationis differentiam. Quoniam scilicet ex subita ignis expressione de reductione Iouem deleri contingit. Ex successiua verò & paulatiua & Saturnum & Iouem saluari. Eorum tamen reductio in alieni corporis potius quàm proprij naturam vergit. In clarum quidem videlicet antimonium Iouis: in fuscū verò Saturni conuerti reductionem repertum experiētiâ nostra extitit. Venerem verò minui in ignis reductionis impressione: Martem verò magis contingit. Sed Veneris quidem est reductio ponderosa & citrina fusca, & mollis nigredinē participans

ticipans cum sui augmento ponderis corporis. Ex his igitur perquiri poterit omnium alteratorum natura corporũ.

De calcinatione & reductione.

CAPVT XXXV.

DE Calcinationis igitur & reductionis reiterationis examine dehinc perquirendum. Innuimus igitur quoniá perfectionis reperta sunt corpora in calcinationis & reductionis reiteratione, ex bonitatis differentiis nihil perdere coloris, ponderis, aut quantitatis; de qua curandum sit nimium: aut fulgoris perdere quantumcunque reiteretur ad illa operationis illarũ multiplicitas. Et ideo si per reiterationem modorum calcinationis & reductionis à calce, ex omni metallorum alteratorum genere bonitatis differentiis perdant aliquid æstimãdum, putãtes sophisticè perquisitionem artificem indagasse. Quamobrem igitur ad illas exerciteris, vt eas cognoscas.

De facili susceptione Argenti viui.

CAPVT XXXVI.

IAm igitur vobis patuit veridicè maximè argenti viui quantitatem continētiæ perfectionis existere corpora: Et ideo maximè argentum viuum amicari magis. Quamobrem autumandū, corpora magis perfectioni approximare, quæ magis amicabiliter argentum viuum combibunt. Et huius est signum argenti viui facilis susceptio à solari aut lunari perfectionis corpore. Ob huius igitur rationis causam, alteratum si quidem corpus de facili in sui substantiam argentum viuum non suscipiat; à perfectionis maximè complemento distare necesse est.

De complemento totius operis.

CAPVT XXXVII.

QVia pertractauimus igitur huius magisterij causarum sufficientiæ experientias notas, secundum nostri ꝓpositi sermonis exigentiā; Restat nos ad complementū totius operis diuini peruenire in capitulo vno: & in summam

mam contrahere sermonis abbreuiati in capitulis dispersum magisterium. Dicimus igitur: quoniam totius operis intentionis summa non est, nisi vt sumatur lapis, in capitulis notus. Deinde verò cũ operis instantia assiduetur super illud opus sublimationis primi gradus. Et per hoc mundatur à corrũpente impuritate: & est scilicet sublimationis perfectio, vt cum ea subtilietur lapis, donec in vltimam subtilitatis puritatem deueniat, & vltimò volatilis fiat. Ab hinc verò cum fixionis modis figatur; donec in ignis asperitate quiescat. Et hic secundus præparationis gradus meta assistit. Sed & tertio similiter lapis administratur gradu; qui in vltimo constat præparationis complemento; scilicet, vt iam fixum lapidem cum modis sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum solutum; & solutum iterato volatile, & iterato volatile fixum; quousq; fluat & alteret in complemento solifico & lunifico certo;

Ex reiteratione igitur præparationis huius gradus tertij in medicina, resultat multiplicationis, bonitatis, alterationis diuersitas: vt ex medicinis quædam sui septuplum: quædam verò decuplum: quædã verò centuplum, quædam verò millesimum, & quædam in infinitum solificũ & verum perfectionis lunificum transmutet corpus. Ab hinc igitur & vltimò tentetur, vtrum in perfectione consistat magisterium.

Capvt. XXXVIII.

SEd ne nos quidem mordeamur ab inuidis, dicimus: quoniam non tradidimus scientiam nostram sermonis continuatione, sed eam sparsimus in diuersis capitulis. Et hoc ideo; quoniã tam probus quàm improbus si continuè fuisset tradita, vsurpasset eã indifferenter. Et eam similiter occultauimus, vbi magis apertè locuti fuimus: non tamẽ sub ænigmate, sed sub plana sermonis serie artificem alloquentes. Et sermonis modo eã scripsimus, quẽadmodum ex solius Dei altissimi & benedi-

nedicti, sublimis & gloriosi concessione, nostræ qui illam scripsimus menti recolligi accidit, qui cui vult largitur & subtrahit. Non desperet igitur doctrinæ filius: quoniam si illam quæret, eam inueniet non doctrinæ, sed proprij motus indagatione naturæ. Quoniam qui suæ industriæ bonitatē quæret scientiam, inueniet: Qui verò per librorū inspectionem quæsiuerit, tardissimè ad hanc perueniet artem præciosissimam. Nā nobis solis artem per nos solos inuestigatam edidimus, & non aliis: verissimam tamen & omnino certam. Prudentibus autem etiam artem hāc, & per ingenia à nobis tradita, viam inuestigationis eiusdem exposuimus. Per ea igitur quæ tradidimus, excerceat se bonæ mentis artifex: & Dei donum altissimi se inuenisse lætabitur. Ad cuius perquisitionē hæc dicta sufficiant.

Finis.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI ET ALCHImistæ acutissimi liber inuestigationis Magisterij.

INuestigationem huius nobilis scientiæ ex continua & frequenti operis sedulitate: & hinc operis studio nimio; nec non cogitationibus profundissimis, & variis annexis emissam vobis tradidimus, vt meliùs & aptiùs à vobis intelligantur, & vt intellecta & certa, & cætera & circa eadem ingeniata & perscrutata faciliùs & promptiùs ad effectum exercitando perducantur. Et quid aliud est artis perfectionem inuestigare quàm inuestigare per rationem, attentare, & probare subtilitates & ingenia horũ, donec operando & perscrutando & experiendo ad intentum peruenerint complementum? In hoc enim libro nostro, quæcunque prænarrata inuestigauimus, secundùm nostræ mentis rationem scripsimus, ad artẽ dico per-

tinentia. Non putet tamen quis, quod hanc posuimus inuestigationem ante librum nostrũ; qui summa perfectionis magisterij est intitulatus. In quo verò quæ vidimus & tetigimus, completè secundum scientiæ nostræ ordinem terminauimus: scilicet per experientiam & cognitionem certam; quam perscrutatione nostra de naturalium & mineralium effectibus & transmutationibus diuersis in opere apparentibus notauimus & ingeniati sumus. Summam nostram prius compositam cum hac inuestigatione commentum quasi super ipsam declarandam proposuimus. Ergo de iure hæc illum prędedit: cum per hunc librum inuestigationum est scientia, quærens de cognitione rei perficientis. Cum igitur hæc sciẽtia de imperfectis corporibus tractet mineralium, in quantum ea perficere donet. In primo ergo circa hæc duo consideramus, imperfectionẽ scilicet & perfectionem. Circa hæc duo nostram fundamus intentionẽ. De re-

bus autem perficientibus & corrumpentibus, secundùm quod per nostrã experientiam inuestigauimus, hunc librum composuimus. Quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Res autem quæ perficit in mineralibus est substantiã argẽti viui & sulphuris, proportionaliter permixta, & per longam & temperatam decoctionem in visceribus terræ mundæ inspissata, & fixa: cum conseruatione suæ humiditatis radicalis non corrumpentis, & ad substantiam solidam cum ignitione debita fusibilem, & sub malleo extendibilem producta. Per diffinitionem verò huiusmodi rei perficiuntur naturæ huius perficientis, leuiùs peruenire possumus ad cognitionem rei corrumpẽtis. Et est illa quæ à contrario sensu habet intelligi; videlicet substantia impura argenti viui & sulphuris sine proportione debita commixta, vel minùs vel nimis decocta in visceribus terræ, fortè immũdæ; nec rectè inspissata nec fixa: humiditates habens combustibiles

les & corrumpentes & raræ ſubſtantię & poroſæ. Vel habens fuſionem ſinę ignitione debita vel nulla,nec patiens malleum ſimiliter. Primam autem diffinitionẽ inuenies in his duobus corporibus:Videlicet in Sole & Luna,ſecundum cuiuslibet perfectionem.Secundam verò in his quatuor:ſcilicet in Stanno, Plumbo, Ferro & Cupro, ſecundùm cuiuslibet imperfectionem. Et quia hæc corpora imperfecta ad ſanitatem & perfectionem non ſunt reducibilia,niſi contrarium in eis operetur : id eſt,quod manifeſtum occultetur,& occultum manifeſtetur.Quæ operatio, & contrariatio per præparationem completur. Ergo præparatio rei eſt adhibenda. Eſt ergo præparare, ſuperflua demere, & abſentia ſupplere,& ſic veram in eis immittere perfectionem.Hac autem præparatione nõ indigent corpora perfecta. Sed indigent præparatione tali, quod eorum partes magis ſubtilientur, & à corporalitate ſua ad ſpiritualitatem reducã-

tur fixam. Cuius intentio est ex eis facere corpus spirituale fixum. Hoc est multò magis attenuare, & subtiliare quàm erant priùs. De horum omnium præparationibus secundùm nostram inuestigationem in loco suo tractabimus sufficienter in hoc libro. Quæ postquam præparata fuerint sufficienter, erunt apta vt inde elixir album vel rubeum fiat magisterium. Inuenimus enim modernos nobis vnicũ tantum ascribere lapidẽ ad album & rubeum completũ; quod concedimus verum esse. Nam ex quacunque re elixir conficiatur album vel rubeũ, nihil tamen ibi est quàm argentum viuum & sulphur: quorum vnum sine altero nihil agit, nec esse potest. Et ideò vnus lapis à philosophis nuncupatur: quamuis à multis extrahatur corporibus siue rebus. Extrahere enim ipsum à re in qua non est, hoc stultũ esset cogitare & vanum, vt quidam fatui faciunt: Quod nunquam erat intentio philosophorum; quamuis multa dicant & hoc

per

per similitudinem. Et quia omnia corpora metallica ex argento viuo & sulphure composita sunt, puris vel impuris per accidens, non in primo eis innatum. Ergo etiam per præparationem conuenientem tolli est possibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio, superflua demere & defectum supplere in corporibus imperfectis; quæ fieri non potest sine adiuuamine perfectionis vel operationis, & rerum purificantium. Diuersificatur enim præparatio secundùm diuersitatem rerum indigentium. Experientia enim hos dedit nobis agendi modos; scilicet calcinationem, sublimationem, descẽsionem, solutionem, distillationem, coagulationem, fixationem & cerationem. De quibus singulis narrationẽ fecimus in summa perfectionis magisterij sufficienter. Ista enim sunt opera ad pręparationem iuuantia. Res autem præparationes iuuantes sunt omnia genera saliũ, aluminum,

num, atramentorum, & etiam vitrum, borax, & quę huius naturæ ſunt, & aceſtum acerrimum, & ignis. Et quia cum iſtis nos proponimus corpora imperfecta præparare, id eſt, mundare, ſi tũc aliqua immundicia in his extiterit ſecundùm noſtram experientiam, in qua certi fuimus, prædicta primò debent mundari.

Mundatio ſalis communis.

Mundatur enim ſal commune per hunc modum. Primò comburatur, cõbuſtum in aqua communi calida ſoluatur: diſſolutum per filtrum diſtilletur, & diſtillatum per lentum ignem in parapſide vitreata congeletur: congelatum calcinetur per diem & noctem in igne mediocri; & ſerua, ſic ſufficienter mundum.

Mundatio ſalis Alkali.

Sal Alkali ſic mundatur vt de ſale communi dictum, Eſt ſanguinis vitri. Primò teratur; iterum tritum diſſoluatur in aqua communi calida; poſtea diſtilletur per filtrum; coaguletur & calcine-

cinetur in igne lento.

Mundatio salis Gemmæ.

Vt mundetur, fiat de illo per omnia vt de sale communi.

Mundatio salis Armoniaci.

Primò teratur cum proportione æquali salis communis mundati: Postea sublimetur in alto aludel; donec fuerit extractum purum totaliter. Postea soluatur super porritem sub diuo, si de eo vis aquā facere, vel seruetur ipsum sublimatum & purum.

Mundatio aliorum salium.

Diuersa enim adhuc inueniuntur salium genera; quæ præparantur per modum iam dictum, & mundantur.

Mundatio aluminis Glaciei.

Multa possunt de ipso præparāri sine ipsius mundatione. Aliqui tamen in hunc modum mundant: Ponatur in alembico & extrahatur inde tota humiditas, quæ multum in arte ista valet. Feces in fundo vasis remanentes, vel dissoluātur supra lapidem, vel in aquā inde extracta, vel reseruentur.

Mun-

Mundatio aluminis Iameni.

Alumen Iameni quemadmodum glaciale præparatur: excepto quod in hac arte maioris est virtutis.

Mundatio aliorum aluminum.

Plura adhuc inueniuntur alumina, quæ vt iam dicta, præparantur & mundantur.

Mundatio atramentorum & primò de nigro.

Atramentum nigrum sic mundatur. Primò soluatur cũ aceto mundato: Postea distilletur per filtrũ, & coaguletur: Et iterum soluatur cum eodem quod ab eo distillatum est: Et tũc per alembicum distillentur feces de hac distillatione: Calcinentur & postea terantur, & iterum in sua aqua dissoluantur & coagulentur. Vel ipsa aqua ad velle artificis reseruetur.

Mundatio Cuperosæ.

Cuperosa siue vitriolum mundatur vt atramentum nigrum. Habet tamen atramentum nigrum maiorem atramento viridi terrestreitatem.

Mun-

Mundatio aliorum atramentorum.

Diuersa adhuc inueniuntur atramẽta; quæ vt prædicta mundantur.

De Vitro & Boracibus.

Vitrum & Boracia, si debito modo fuerint tractata, non indigent præparatione.

Mundatio aceti acerrimi.

Aceta autem cuiuscunque generis sint seu acerba subtiliantur, & depurantur: & illorum virtus, siue effectus per distillationem melioratur. De horum mundatione & depuratione sufficiẽter tractauimus: cũ quibus corpora imp̃fecta præparari possunt, & meliorari, & subtiliari, igne semper debito mediante. Præparantur autem corpora imperfecta, & depurãtur per istorum adiutoriũ & ignis, per hũc modũ. Habent enim hæc corpora imperfecta humiditates superfluas, & sulphureitatem adustibilem, nigredinem in ipsis generantem ipsa corrumpentẽ. Et habent terrestreitatem immundam fetulẽtam & cõbustibilẽ, & nimis grossam, ingres-

ingressionem impedientem & fusionem. Ista & talia sunt superflua in corporibus istis prædictis; quæ in ipsis nostra experientiâ & inuestigatione certa & ingeniosa sunt inuenta. Et quia hæc superflua accidentaliter his superueniunt, & non radicaliter: & expoliatio accidentalium possibilis est. Et oportet cum igne artificiali & his prædictis mundatis superflua demere, & accidētalia remouere, relicta substantia argēti viui & sulphuris radicalis permanente. Et hæc est integra præparatio imperfectorum & depuratio perfecta. Melioratio, depuratio, & sublimatio, & subtiliatio horum vel huius substantiæ remanentis. Et hæc sit multis modis, secūdum quod indiget elixir præparatione. Ergo & depurationis in generali modus hic est. Primò delenda est cum igne proportionali tota humiditas superflua & corrumpens substātialia: etiamque superfluitas subtilis & comburens: & hoc calcinando. Deindē totalis substantia remanens corporum

rum

rum in illorum calce scilicet superflua humiditas sulphuris comburentis & nigredinis corrodenda est & delenda, cum his, mundatis prędictis corrosiuis acutis vel acerbis; donec totaliter fuerint alba siue rubea, secundùm corporis materiam colorata, munda, pura, ab omni superfluitate seu corruptione prænarrata: Et hæc cum his corrosiuis mundatis temptando, terendo, & imbibendo, & lauando. Postea verò delenda seu deponenda est totaliter terrestreitas immunda, fœtulens, combustibilis & grossa; cum rebus prædictis mundatis vel puris fusionem metallicam non habentibus cum calce, prædicto modo depurato: commixtis & benè tritis sine fusione seu calcis reductione, retinebunt secum terrestreitatem grossam & immundam prædictā, remanente corpore puro ex omni superfluitate corrumpente mundato: Et hoc per botum barbatum descendendo. Meliorationis vel subtiliationis horum substātiæ purę in generali, mo-

dus hic est. Primò hæc corpora purgata, & vt dictum est reducta, tunc iterum calcinantur cum igne & cum adiutoriis mundatiuis prædictis. Deinde cum his quæ sunt solutiua soluantur. Hæc enim aqua lapis noster est, & argentum viuum de argento viuo, & sulphur de sulphure, & corpus spirituale factum & subtiliatum, siue attenuatum: quæ meliorari potest confortando ipsas virtutes elementares cum aliis præparatis, quæ sunt ex progenie sui generis. Et augmentando colorem, fixionem, pondus, puritatem, fusionem & alia omnia quæ pertinent ad elixir perfectum. Et iste est modus per nos solos inuestigatus, præparationis, depurationis, subtiliationis, & meliorationis corporum mineralium in generali. Nunc transeamus ad specialem seu particularem cuiuslibet corporis imperfecti præparationem, cum omnibus suis causis: etiamq; perfecti corporis mineralis, & primò de Ioue.

Præ-

Præparatio Iouis in speciali.

PRæparatur Iupiter multipliciter, meliùs tamen per hunc modum. Ponatur in furno calcinationis in vase ad hoc apto, & fiat ignis subtus vsque ad ipsius corporis fusionem. Mouendo tunc ipsum corpus liquefactũ spatula ferrea perforata & scoriam quam super ipsum causauerit extrahendo, & mouendo in ignis calore æquè perdurante, donec in superficie bona quantitas ipsius pulueris congregata. Deponatur tunc illa, & iterum moueatur, quousque alternata vice per frequentem illius motionem, seu scoriæ abstractionem bonam quantitatem congregauerit vt prius; quod iterum inde deponatur: Et sic vice post vicẽ, donec totum corpus in puluerẽ subtilissimũ reducatur. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur ad furnum, reddẽdo sibi ignem bonum; fusionem tamen nõ superantem, & multotiens mouendo. Stet ergo in igne suæ calcinationis sic per diem naturalẽ, vel donec circiter

tota humiditas accidentalis & superfluitas fuerit deleta, cum sulphure cõbustibili corrumpente. Nam ignis omnem fugitiuam substantiam & inflammabilem eleuat & consumit. Postea extrahatur calx alba mundata de prædictis; scilicet cum sale communi mũdato & alumine, & cũ aceto purificato & acerbo multùm: Et ponatur ad solem vel ad aërem: & iterum teratur & lauetur, & desiccetur: & hoc alternatim vice per vices iteretur, donec per acuitatem salium, aluminum, atq; aceti, tota eius humiditas atque nigredo & immundicia fuerint consumpta & corrosa. Tunc apponatur de vitro trito cum his prædictis. Cumque totum impastatum fuerit, descendat per botum barbatum cum igne sufficienti. Descendet enim corpus purũ & mundum, remanente cum vitro & salibus & aluminibus tota substantia terrea fœtulenta. In illo enim corpore mũdo descenso & reducto, est æqualis & perfecta proportio argenti viui mundi & sul-

ſulphuris albi non vrentis. Nam ignis & corroſiua diuidunt totam humiditatem, & ſubſtãtiam fugitiuam inflammabilem & corrumpentem, atque nigredinem. Per deſcenſionem ſiue per paſtillum ſalium & aluminum, & vitrũ diuiſa eſt tota ſubſtantia terrea fœtulenta cum ſua proportione; ſubſtantia pura & temperata remanente. Poſtea verò calcinetur iterum, hoc corpus reductum ſublimato purum cum ſolo ſale armoniaco & mundato. Cum autem benè & minutiſſimè fuerit calcinatum cum ſale armoniaco, ſubtiliatũ & mundatum; donec fuerit in põdere æquali, vel circiter: tunc illud totum peroptimè, & benè diu teratur ſuper porfidum, & ponatur ſub diuo in loco frigido & humido, vel in veſicis vitreis in furno ſolutionis; vel in ventre equino; donec totum fuerit diſſolutum, augendo ſalem, ſi neceſſe fuerit. Iſtam aquam reſerua cum omni diligentia. Et quidem hanc aquam honorare debemus: ipſa enim eſt quam quærimus ad

album. Et hæc de præparatione Iouis dicta nunc sufficiant.

De præparatione Saturni.

PRæparatio Saturni sic est: Ponatur similiter in furno calcinationis, mouendo vt Iouē; donec conuertatur in puluerem tenuissimũ: cribretur, & ponatur ad furnum. Stet ibi in igne suæ calcinationis per modum prædictum, donec tota fugitiua substantia & inflãmabilis fuerit deleta. Postea extrahatur calx rubea & munda: quæ imbibatur & teratur frequentissimè & minutissimè cum sale cõmuni mundato, & atramento, & cum aceto purificato & multùm acerbo. Ista verò ad rubeum vtaris, sicut ad album fecisti cum sale communi & alumine Iameni: & cum aceto multotiés imbibendo vt de Ioue factum est. Desiccetur & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum omnis dicta immũditia fuerit deleta. Tunc apponatur de vitro cum his prædictis: & descẽdat per botum barbatum corpus purum descẽdendo reductum.

ductum. Iterum calcinetur cum sale armoniaco puro, vt de Ioue factum est. Teratur sæpissime, & dissoluatur per modum prædictum. Ipsa enim est aqua de argento viuo & sulphure proportionabiliter facta: qua vtimur in rubei elixir compositione. Et hæc de Saturni præparatione dicta sufficiant.

De præparatione Veneris.

PRæparatur Venus optimè per hũc modum. Ponatur Veneris stratum super stratum de sale cõmuni optimè mũdato in crucibulo,& desuper ipsius laminam, & desuper salis stratum, & desuper lamina: & sic vicissim, donec vas fuerit completum: & cooperiatur & lutetur, & collocetur in furno calcinationis per diem naturalem. Tunc deponatur & abradatur quod calcinatum fuerit: & reponantur laminæ cum sale nouo: & sic alternata vice calcinentur,donec omnes laminę fuerint cõsumptæ seu corrosæ per beneficium salis & ignis: quia sal cor-

rodit superfluam humiditatem & sulphureitatem combustibilem: & quia ignis eleuat substantiam fugitiuam & inflammabilem cum proportione debita. Teratur tunc puluis iste minutissimè, & lauetur cum aceto, donec nigredine careat. Aquam exinde emanantem tunc altera vice de sale nouo mundato; & aceto imbibatur & teratur. Iterato & mundato, & post contritionem ad furnū calcinationis in vase apto imponatur, stetq; ibi per duos dies naturales. Deinde extrahatur & teratur, & pastetur benè & subtiliter: & abluatur benè cum aqua tam diu; donec ab omni im̄undicia fuerit mundatum & purgatum: Tunc desiccetur ad solem benè; & tunc apponatur medietas eius de sale armoniaco & optimè terantur, donec puluis substantia impalpabilis fuerit. Tunc super ignem sublimando & sublimationes reiterādo, donec sal armoniacum cum calce remaneat in fundo cucurbitæ: Et post deponatur sub diuo, aut in furnum solutio-

lutionis, vel in resolutionis fimo; donec quidquid est solubile fuerit solutum, renouãdo sal armoniacum si fuerit necesse, donec aqua totũ fiet. Hanc aquam honora, quam aquam sulphuris fixi nominamus: cum qua tingitur elixir vsque in infinitum. Et hæc sufficiant de Veneris præparatione.

De præparatione Martis.

Mars etiam per hunc modum meliùs præparatur. Calcinetur, quemadmodum Venus cum sale comuni mũdato: Calcinatus cum aceto puro lauetur: Lotus ad solẽ desiccetur: & desiccatus iterum cum nouo sale & aceto teratur & imbibatur, & ad eundem furnum reponatur per duos dies, vt de Venere factum est. Solutum honora, quia est aqua sulphuris fixi mirabiliter colorem elixir augmentando. Et hæc de imperfectorum corporum præpatione dicta sufficiant.

De perfectorum corporum subtiliatione, & primò de Sole in speciali modo.

Perfecta verò corpora non indigent

præparatione quantum ad perfectionem, cum perfecta sint: Sed vt magis subtilientur & attenuentur. Ideo talis eis præparatio est adhibenda. Accipiatur Sol in laminas tenues productus, & ponatur cum sale cōmuni optimè præparato ac mundato solerter in vase calcinationis· & collocetur in furno calcinando benè per tres dies, vel donec totum fuerit subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, & multùm benè teratur, & cum aceto lauetur, & desiccetur ad solem. Postea teratur benè cum medietate sui salis armoniaci mundati, & ponatur ad soluendum; donec totum fuerit per beneficium salis cōmunis & armoniaci in aquam caram dissolutum. Hoc est fermentum elixirij preciosum rubei, & corpus spirituale.

De subtiliatione Lunæ in speciali modo.

Subtiliatur autem argentum & tenuatur & in corpus spirituale reducitur per modum iam dictum. Ergo per omnia & singula fac in ipsius subtiliatione

tione,ſicut de Sole feciſti. Et aqua Lunæ diſſolutæ eſt fermentum ad elixir album ſpirituale factum.

Iam imperfectorum corporum præparationem & perfectorũ ſublimationem ſufficienter determinauimus; vt ex his quilibet diſcretus ſuum poſſit adimplere intentum. Attendat ergo vnuſquiſque proprietates & modos actionis ſeu compoſitionis elixir maioris. Nos enim quærimus ſubſtantiam vnã facere: tamen ex pluribus aggregatam, addunatam & fixam, quam ſuper ignem poſitam ignis nõ exprimat: & liquatis permiſceatur, & liquefiat cum ipſis, cum eo quod eſt in ea de ſubſtantia ingreſſibili: Et permiſceatur cum eo quod eſt in ea de ſubſtãtia permiſcibili: Et conſolidetur cum eo quod eſt in ea de ſubſtantia conſolidatiua. Et figatur cum eo quod eſt in ea de ſubſtantia fixatiua: & non comburatur ab his quæ nõ adurunt aurum & argentum; & afferat cõſolidationes & põdus cũ ignitione debita & perfecta.

Non

Non tamen eatenus breue tempus intelligas; vt paucis diebus vel horis possit prima vice construi. Sed quia respectu aliorum veridicorum modernorũ, respectu etiam naturæ operationis veritas hoc modo citiùs terminatur. Vnde dicunt philosophi: Medicina est, cuius longum tempus spacium anticipauit. Quare vobis dico quod sustineatis patienter, ne fortè moram abbreuietis; quia festinantia quædam ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non habet, ab opere manum suspendat: quia impediet eum festinantiæ credulitas. Omnis actio naturalis suũ habet motum & tempus determinatum, in quo maiori vel minori spacio terminatur. Ad hæc tria necessaria sunt, patientia, mora, instrumentorum aptatio: De quibus & de quorũ agendi modo sufficiẽter in summa nostri magisterij perfecti artificem allocuti sumus in capitulis diuersis: in quibus experiri potest, si in nostris dictis fuerit sufficiẽter inuestigatus; in quibus manifestã

nifesta probatione & aperta concludimus : Lapidem nostrum nihil aliud esse quàm spiritum fœtentem & aquã viuam, quam & siccam aquam nominauimus : & per naturalem decoctionem, & per veram proportionem mũdantis & vnientis vnione tali; quod sibi nihil abesse nec adesse potest: Quibus addi debet tertium ad opus abbreuiãdum, hoc est corpus perfectum attenuatum. Ex pręmissis igitur patent res, in quibus veritas est propinqua, & perficiens ipsum corpus. Inuestigatione verò nostra, qua certi sumus, & per experientiam certam manifestè cõsideramus omnia vera quę iam per nos vobis solis scripta sunt : secundùm quod vidimus per mentis nostræ rationem in voluminibus istis. Ea verò quæ per experientiam digitis extraximus, & vidimus oculis, & manibus tetigimus, scripsimus in summa nostra perfectionis magisterij. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostram veram dispersam intentionem;

nem;quam in diuersis locis proposui-
mus ne malignis seu ignaris publice-
tur:Et collectam probet donec ad co-
gnitioné studendò& experiendo cum
laboris ingeniosi instantia peruenerit
totalem.Exerceat ergo se artifex & in-
ueniet eam. Cuius iam modum inue-
stigationis comotis amore visceribus
ex quo & nos per nostram considera-
tionem veritatis cognitionem, extra-
ximus certã. Consideramus enim hãc
scientiam de corporibus perfectis &
imperfectis tractare.Cognitionem et-
iam plenariam dat perficiendi, & cor-
ruptionis materiæ & formæ.Conside-
ramus inuestigationem nostram, ma-
teriam perfectorum cum forma & ra-
dice suę commixtionis,vsque ad com-
plementum, purã esse sine corruptio-
ne superueniente aliqua. Considera-
uimus etiam à contrario sensu imper-
fectorum substantiam & perfectorum,
vnã esse vbiq; ; scilicet argentũ viuum
& sulphur: quæ ante commixtioné in-
uenimus corruptioné imperfectorũ,
acci-

accidentaliter ſuperueniſſe: quæ materiei nouã & corruptam tradidit formam. Nã cum corpora imperfecta per noſtram experientiam, & per ingeniũ noſtrum vidimus præparata & mundata ab omni ſuperflua corruptione ſeu immundicia fugitiua ſeu terreſtri deliberata: Inuenimus ipſa maioris claritatis & fulgoris ſeu puritatis quã ipſa corpora naturaliter perfecta. Per qualem conſiderationem peruenimus ad finem huius ſcientiæ perfectum & cõpletum; quam perfectè & plenariè ſcripſimus in voluminibus noſtris. Studeas ergo in illis, & inuenies totam noſtram ſcientiam, quàm ex libris antiquorum abbreuiauimus.

FINIS.